

3 1761 08051733 7


UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XIV. — 1882.

Imprimatur

Mechliniæ, die 10 Martii 1883.
P. C. C. BOGAERTS, *Vic. Gen.*

Brugis, die 10 Martii 1883.
FR. EDUARDUS EX TURNH.
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. ind.

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P. PIAT de Mons,
De l'Ordre des Frères-Mineurs Capucins,
Lecteur de Théologie morale et de droit canonique,
(M. le Chanoine Loiseaux, ancien professeur de droit Canonique et d'histoire ecclésiastique au Séminaire de Tournai).

AVEC APPROBATION DE L'ARCHEVÊCHÉ DE MALINES.

Honorée d'un bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XIV. — 1882.

PARIS
LIBR. INTERNATIONALE - CATHOLIQUE
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L. A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Querstrasse, 34

V^{VE} H. CASTERMAN
ÉDITEUR PONTIFICAL, IMPRIMEUR DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI

1882

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

LETTRE DE S. S. LÉON XIII AUX ARCHEVÊQUES ET ÉVÊQUES D'ITALIE.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS IN REGIONE ITALICA

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem

Etsi Nos, pro auctoritate atque amplitudine Apostolici muneris, et universam christianam rempublicam et singulas ejus partes maxima, qua possumus, vigilantia et caritate complectimur : nunc tamen singulari quadam ratione curas cogitationesque Nostras ad se Italia convertit. — Quibus in cogitationibus et curis altius quiddam rebus humanis diviniusque suspicimus : anxii enim et solliciti sumus de salute animarum sempiterna ; in qua tanto magis fixa et locata esse omnia studia Nostra oportet, quanto eam majoribus periculis videmus oppositam. — Cujus generis pericula, si magna unquam in Italia fuerunt, maxima profecto sunt hoc tempore, cum ipse rerum publicarum status magnopere sit incolumitati religionis calamitosus. Eamque ob caussam Nos movemur vehementius, quod singulares conjunctionis necessitudines Nobis cum Italia intercedunt, in qua Deus domicilium Vicarii sui, magisterium veritatis, et catholicæ unitatis centrum collocavit. — Alias quidem multitudinem monuimus, ut sibi caveret, et singuli intelligerent, quæ sua sint in tantis offensionum

caussis officia. Nihilominus, ingravescentibus malis, volumus in ea Vos, Venerabiles Fratres, mentem diligentius intendere, et, communium rerum inclinatione perspecta, munire vigilantius populorum animos, omnibusque præsidiis firmare, ne thesaurus omnium pretiosissimus, fides catholica diripiatur.

Perniciosissima hominum secta, cujus auctores et principes non celant neque dissimulant quid velint, in Italia jamdiu consedit : denunciatisque Jesu Christo inimicitiis, despoliare penitus institutis christianis multitudinem contendit. — Quantum audendo processerit, nihil attinet dicere hoc loco, præsertim cum extent Vobis, Venerabiles Fratres, ante oculos vel fidei vel moribus illatæ jam labes et ruinæ. — Apud italas gentes, quæ in avita religione constanter et fideliter omni tempore permanserunt, imminuta nunc passim Ecclesiæ libertas est, atque acrius in dies hoc agitur, ut ex omnibus publice institutis forma illa et veluti character christianus deleatur, quo semper fuit Italorum non sine caussa nobilitatum genus. Sublata sodalium religiosorum collegia : proscripta Ecclesiæ bona : rata citra ritus catholicos connubia ; in institutione juventutis nullæ potestati ecclesiasticæ partes relictæ. — Neque finis est nec modus ullus acerbi et luctuosi belli cum Apostolica Sede suscepti, cujus caussa incredibiliter Ecclesia laborat, Romanusque Pontifex in summas angustias compulsus est. Is enim civili principatu spoliatus necesse fuit ut in alienam ditionem potestatemque concederet. — Urbs autem Roma, augustissima urbium christianarum, exposita est et patet quibuslibet Ecclesiæ hostibus, profanaque rerum novitate polluitur, scholis et templis ritu hæretico passim dedicatis. Quin immo exceptura fertur hoc ipso anno legatos et capita inimicissimæ rerum catholicarum sectæ, huc ad singulare quoddam concilium cœtumque profecturos. Quibus quidem hujus deligendi loci satis apparet quæ caussa fuerit; videlicet conceptum adversus Ecclesiam odium explere procaci injuria volunt, Romanoque Pontificatu in ipsa sede sua lacessendo, funestas belli faces proxime admovere. — Dubitandum profecto non est, quin impios hominum conatus Ecclesia aliquando victrix effugiat : certum tamen exploratumque

est, his artibus eos hoc assequi velle, una cum Capite totum Ecclesiæ corpus efficere et religionem, si fieri possit, extinguere.

Quod sane velle eos, qui se italici nominis amantissimos profitentur, incredibile videretur ; nam italicum nomen, intereunte fide catholica, maximarum utilitatum fonte prohiberi necesse esset. Etenim si religio christiana cunctis nationibus optima salutis præsidia peperit, sanctitatem jurium,tutelam justitiæ ; si cæcas ac temerarias hominum cupiditates virtute sua ubique edomuit, comes et adjutrix omnium rerum quæ honestæ sunt, quæ laudabiles, quæ magnæ : si varios civitatum ordines, et diversa reipublicæ membra ad perfectam stabilemque concordiam ubique revocavit, horum profecto beneficiorum copiam uberius quam ceteris Italorum generi impertivit. — Est quidem nimis multorum hæc labes et macula, ut obesse et nocere saluti aut incremento reipublicæ Ecclesiam dicant : Romanumque Pontificatum prosperitati et magnitudini italici nominis inimicum putent. Sed istorum querelas absurdasque criminationes aperte superiorum temporum omnia monumenta convincunt. Revera enim Ecclesiæ summisque Pontificibus Italia maxime debet, quod gloriam suam apud omnes gentes propagavit, quod iteratis barbarorum impressionibus non succubuit, et immanes Turcarum impetus invicta repulit, et multis in rebus æquam legitimamque libertatem diu conservavit, et pluribus iisdemque immortalibus optimarum artium monumentis civitates suas locupletavit. — Neque postrema Romanorum Pontificum hæc laus est, quod provincias italicas ingenio moribusque diversas communi fide et religione unas semper conservaverint, et a discordiis omnium funestissimis liberaverint. Atque in trepidis calamitosisque temporibus non semel erant publicæ res ad extremos casus præcipitaturæ, nisi Pontificatus Romanus ad salutem valuisset. — Neque futurum est, ut minus valeat in posterum, modo ne voluntas hominum obsistens virtutem ejus intercipiat, neu libertatem impediat. Etenim vis illa benefica, quæ in institutis catholicis inest, quoniam ab ipsa eorum natura sponte proficiscitur, immutabilis est et perpetua. Quemadmodum pro salute animarum omnia religio catholica et locorum

et temporum intervalla complectitur, ita etiam in rebus civilibus ubique et semper sese ad hominum utilitates porrigit atque explicat.

Tot vero ereptis tantisque bonis, summa mala succedunt : quoniam qui sapientiam christianam oderunt, iidem, quidquid contra fieri a se dicant, ad perniciem devocant civitatem. Istorum enim doctrinis nihil est magis idoneum ad inflammandos violenter animos, concitandasque perniciosissimas cupiditates. Sane in iis quæ cognitione scientiaque continentur, cæleste fidei lumen repudiant : quo extincto, mens humana in errores sæpissime rapitur, nec vera cernit, atque illuc facile evadit, ut in humilem fœdumque *materialismum* abjiciatur. Spernunt in genere morum æternam immutabilemque rationem, et supremum legum latorem ac vindicem Deum despiciunt : quibus sublatis fundamentis, consequens est, ut, nulla satis idonea legum sanctione, omnis vivendi norma ab hominum voluntate arbitrioque sumatur. In civitate vero ex immodica libertate, quam prædicant et volunt, licentia gignitur : licentiam sequitur perturbatio ordinis, quæ est maxima et funestissima pestis reipublicæ. Revera nulla fuit aut deformior species, aut miserior conditio civitatis, quam illa in qua tales et doctrinæ et homines valere aliquandiu potuerunt. Ac nisi recentia exempla suppeterent, id fidem excedere videretur, potuisse homines scelere audaciaque furentes in tanta excidia ruere, et retento ad ludibrium libertatis nomine, in cæde et incendiis debacchari. — Quod si tantos nondum sensit Italia terrores, primo quidem singulari Dei beneficio tribuere, deinde id quoque caussæ fuisse statuere debemus, quod, cum itali homines numero longe maximo in religione catholica studiose perseverarint, idcirco flagitiosarum opinionum, quas diximus, dominari libido non potuit. Verum si hæc, quæ religio præbet, munimenta perrumpantur, continuo Italia in eos casus ipsos delaberetur, qui maximas et florentissimas nationes aliquando perculerunt. Etenim necesse est, ut similitudinem doctrinarum exitus similes consequantur : et quoniam in eodem vitio sunt semina, fieri non potest, quin fructus plane eosdem effundant.

Immo vero majores fortasse pœnas violatæ religionis gens italica lueret, quia perfidiam et impietatem culpa ingrati animi cumularet. Non enim casu aliquo, aut levi hominum voluntate datum est Italiæ, ut partæ per Jesum Christum salutis vel a principio esset particeps, et beati Petri Sedem in sinu gremioque suo collocatam possideret, et longo ætatum cursu iis, quæ a religione catholica sponte fluunt, maximis et divinis beneficiis perfrueretur. Quapropter metuendum sibi magnopere esset quod ingratis populis Paullus Apostolus minaciter nunciavit : « *Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo : proferens autem spinas et tribulos, reproba est et maledictio proxima, cujus consummatio in combustionem* [1]. »

Prohibeat Deus hanc tantam formidinem ; atque omnes pericula serio considerent, quæ partim jam adsunt, partim impendent ab iis, qui non communi utilitati, sed *Sectarum* commodis servientes, capitales cum Ecclesia inimicitias exercent. Qui si saperent, si vera caritate patriæ tenerentur, certe nec de Ecclesia diffiderent, nec de nativa ejus libertate detrahere, injuriosis suspicionibus adducti, conarentur ; immo vero consilia ad ea oppugnanda ad tuendam adjuvandamque verterent : idque in primis providerent, ut Pontifex Romanus sua jura reciperet. — Etenim suscepta cum Apostolica Sede contentio quanto plus Ecclesiæ nocet, tanto minus est incolumitati rerum italicarum profutura. De qua re alio loco mentem Nostram declaravimus : « Dicite, publicas Italiæ res neque prosperitate florere, neque « diuturna tranquillitate posse consistere, nisi Romanæ Sedis « dignitati et summi Pontificis libertati, prout omnia jura po- « stulant, fuerit consultum. »

Quapropter, cum nihil magis velimus, quam ut res christiana salva sit, cumque præsenti italicarum gentium discrimine commoveamur, Vos vehementius quam unquam alias, Venerabiles Fratres, hortamur, ut studium caritatemque Vestram ad com-

(1) Hebr. VI, 7, 8.

paranda tot malorum remedia Nobiscum conferatis. — Et primum quidem edocete summa cum cura populos, quanti sit fidem catholicam possidere, et quam magna ejusdem tuendæ necessitas. — Quoniam vero hostes et oppugnatores catholici nominis, quo facilius male cautos decipiant, multis in rebus aliud agunt, aliud simulant, valde interest occulta eorum consilia patefieri in lucemque proferri, ut scilicet, comperto quid reapse velint et qua caussa contendant; excitetur in catholicis hominibus ardor animi, et Ecclesiam, Romanum Pontificem, hoc est salutem suam viriliter aperteque defendant.

Multorum ad hanc diem virtus, quæ plurimum potuisset, visa est aliquantum in agendo lenta et in labore remissa, sive quod insueti rerum essent animi, sive quod periculorum non satis fuerit magnitudo perspecta. Nunc vero, cognitis experiendo temporibus, nihil esset perniciosius, quam perferre oscitanter longinquam improborum malitiam, expeditumque ipsis locum relinquere rei christianæ ad libidinem suam diutius vexandæ. Ii quidem prudentiores quam filii lucis multa jam ausi : inferiores numero, calliditate et opibus validiores, haud longo tempore magna apud nos malorum incendia excitaverunt. Intelligant igitur quicumque amant catholicum nomen, tempus jam esse conari aliquid, et nullo pacto languori desidiæque se dedere, cum nemo celerius opprimatur, quam qui vecordi securitate quiescunt. Videant quam nihil reformidarit veterum illorum nobilis et operosa virtus : quorum et laboribus et sanguine fides catholica adolevit. Vos autem, Venerabiles Fratres, excitate cessantes, cunctantes impellite : exemplo et auctoritate Vestra universos confirmate ad exercenda constanter et fortiter officia, quibus actio vitæ christianæ continetur. — Ad hanc alendam augendamque experrectam virtutem, curare ac providere opus est, ut numero, consensu, efficiendis rebus, floreant lateque amplificentur *societates* quibus maxime propositum sit fidei christianæ virtutumque ceterarum retinere et incitare studia. Tales sunt consociationes juvenum, opificum ; quæque constitutæ sunt aut cœtibus catholicorum hominum in tempora certa agendis, aut

inopiæ miserorum levandæ, et tuendæ dierum festorum religioni, et pueris ex infima plebe erudiendis; aliæque ex eodem genere complures. — Et cum rei christianæ quam maxime intersit Pontificem Romanum in gubernanda Ecclesia et esse et videri ab omni periculo, molestia, difficultate liberum, quantum lege possunt agendo, rogando, contendendo, tantum Pontificis caussa, enitantur et efficiant; neque ante quiescant, quam sit Nobis, reapse non specie, libertas restituta, quacum non modo Ecclesiæ bonum, sed et secundus rerum italicarum cursus, et christianarum gentium tranquillitas necessario quodam vinculo conjungitur.

Deinde vero permagni refert publicari et longe lateque fluere salubriter scripta. — Qui capitali odio ab Ecclesia dissident, scriptis editis decertare, iisque tamquam aptissimis ad nocendum armis uti consueverunt. Hinc teterrima librorum colluvies, hinc turbulentæ et iniquæ ephemerides, quarum vesanos impetus nec leges frenant, nec verecundia continet! Quidquid est proximis his annis per seditionem et turbas gestum, jure gestum esse defendunt : Ecclesiam et Pontificem maximum quotidianis maledictis falsisque criminationibus hostiliter petunt : nec ullæ sunt tam absurdæ pestiferæque opiniones, quas non disseminare passim aggrediantur. Hujus igitur tanti mali, quod serpit quotidie latius, sedulo prohibenda vis est : nimirum oportet severe et graviter adducere multitudinem, ut intento animo sibi caveat, et prudentem in legendo delectum religiosissime servare velit. Præterea scripta scriptis opponenda, ut ars quæ potest plurimum ad perniciem, eadem ad hominum salutem et beneficium transferatur, atque inde remedia suppetant, unde mala venena quæruntur. — Quam ad rem optabile est, ut saltem in singulis provinciis ratio aliqua instituatur demonstrandi publice, quæ et quanta sint singulorum christianorum in Ecclesiam officia, vulgatis ad id scriptionibus crebris, et, quoad fieri potest, quotidianis. In primis autem sint in conspectu posita religionis catholicæ in omnes gentes præclara merita : explicetur oratione virtus ejus privatis publicisque rebus maxime prospera et salutaris : statuatur quanti sit, celeriter Ecclesiam ad illum dignitatis

locum in civitate revocari, quem et divina ejus magnitudo, et publica gentium utilitas vehementer postulat. — Harum rerum caussa necesse est, ut qui animum ad scribendum appulerint, plura teneant : videlicet idem omnes in scribendo spectent : quod maxime expedit, id constituant judicio certo et efficiant : nihil ex iis rebus prætermittant, quarum utilis atque expetenda cognitio videatur : gravitate et moderatione dicendi retenta, errores et vitia reprehendant, sic tamen ut careat acerbitate reprehensio, personisque parcatur : deinde orationem adhibeant planam atque evidentem, quam facile queat multitudo percipere. — Reliqui autem omnes, qui vere et ex animo cupiunt, florere res et sacras et civiles ingenio hominum litterisque defensas, hos litterarum ingeniique fructus tueri liberalitate sua studeant ; et ut quisque ditior est, ita potissimum re fortunaque sustineat. Iis enim, qui scribendo dant operam, omnino afferenda sunt hujus generis adjumenta : sine quibus aut nullos ipsorum industria habitura est exitus, aut incertos et perexiguos. — In quibus rebus omnibus si quid nostris hominibus incommodi impendet, si qua est dimicatio subeunda, audeant tamen sese obvios ferre, cum homini christiano nulla sit adeundi vel incommoda vel labores caussa justior, quam ne lacerari ab improbis religionem patiatur. Neque enim hac filios lege Ecclesia aut genuit aut educavit, ut, cum tempus et necessitas cogeret, nullam ab iis opem expectaret, sed ut singuli eorum otio privatisque utilitatibus salutem animarum et incolumitatem rei christianæ anteponerent.

Præcipue autem curæ cogitationesque Vestræ, Venerabiles Fratres, in eo evigilare debent, ut ministros Dei idoneos rite instituatis. Quod si Episcoporum est plurimum operæ et studii in fingenda probe omni juventute ponere, longe plus ipsos elaborare in clericis verum est, qui in Ecclesiæ spem adolescunt, et participes adjutoresque munerum sanctissimorum sunt aliquando futuri. — Caussæ profecto graves et omnium ætatum communes decora virtutum multa et magna in sacerdotibus postulant : verumtamen nostra hæc ætas plura quoque et majora admodum

flagitat. Revera fidei catholicæ defensio, in qua laborare maxime sacerdotum debet industria, et quæ est tantopere his temporibus necessaria, doctrinam desiderat non vulgarem neque mediocrem, sed exquisitam et variam ; quæ non modo sacras, sed etiam philosophicas disciplinas complectatur, et physicorum sit atque historicorum tractatione locuples. Eripiendus est enim error hominum multiplex, singula christianæ sapientiæ fundamenta convellentium : luctandumque persæpe cum adversariis apparatissimis, in disputando pertinacibus, qui subsidia sibi ex omni scientiarum genere astute conquirunt. — Similiter cum hodie magna sit et ad plures diffusa corruptela morum, singularem prorsus oportet in sacerdotibus esse virtutis constantiæque præstantiam. Fugere quippe consuetudinem hominum minime possunt : immo applicare se propius ad multitudinem ipsis officii sui muneribus jubentur : idque in mediis civitatibus, ubi nulla jam fere libido est, quin permissam habeat et solutam licentiam. Ex quo intelligitur, virtutem in Clero tantum habere virium hoc tempore debere, ut possit se ipsa tueri firmiter, et omnia cum blandimenta cupiditatum vincere, tum exemplorum pericula sospes superare. — Præterea conditas in Ecclesiæ perniciem leges consecuta passim clericorum paucitas est : ita plane, ut eos, qui in sacros ordines Dei munere leguntur, duplicare operam suam necesse sit, et excellenti sedulitate, studio, devotione exiguam copiam compensare. Quod quidem utiliter facere non possunt, nisi animum gerant tenacem propositi, abstinentem, incorruptum, caritate flagrantem, in laboribus pro salute hominum sempiterna suscipiendis promptum semper atque alacrem. Atqui ad hujusmodi munera est adhibenda præparatio diuturna et diligens : non enim tantis rebus facile et celeriter assuescitur. Atque illi sane in sacerdotio integre sancteque versabuntur, qui sese in hoc genere ab adolescentia excoluerint, et tantum disciplina profecerint, ut ad eas virtutes, quæ commemoratæ sunt, non tam instituti quam nati videantur.

His de caussis, Venerabiles Fratres, jure Seminaria clericorum sibi vindicant plurimas et maximas animi, consilii, vigilantiæ

Vestræ partes. Quod ad virtutem et mores, minime fugit sapientiam Vestram, quibus abundare præceptis et institutis adolescentem clericorum ætatem oporteat. — In gravioribus autem disciplinis, Litteræ Nostræ Encyclicæ — *Æterni Patris* — viam rationemque studiorum optimam indicaverunt. Sed quoniam in tanto ingeniorum cursu plura sunt sapienter et utiliter inventa, quæ minus decet non habere perspecta, præsertim cum homines impii quidquid incrementi affert dies in hoc genere, tamquam nova tela in veritates divinitus traditas intorquere consueverint, date operam, Venerabiles Fratres, quantum potestis, ut alumna sacrorum juventus non modo sit ab investigatione naturæ instructior, sed etiam iis artibus apprime erudita, quæ cum sacrarum Litterarum vel interpretatione vel auctoritate cognationem habeant. — Illud certe non ignoramus, ad elegantiam studiorum optimorum multas res esse necessarias : quarum tamen sacris Seminariis italicis adimunt aut minuunt importunæ leges facultatem. — Sed hac etiam in re tempus postulat, ut largitate et munificentia bene de religione catholica promereri nostrates studeant. Voluntas majorum pia et benefica egregie ejusmodi necessitatibus providerat ; atque illud Ecclesia assequi prudentia et parsimonia potuerat, ut tutelam et conservationem rerum sacrarum nequaquam haberet necesse caritati filiorum suorum commendare. Sed patrimonium ejus legitimum æque ac sacrosanctum, cui superiorum ætatum injuria pepercerat, nostrorum temporum procella dissipavit ; quare caussa renascitur, cur qui diligunt catholicum nomen, animum inducant majorum liberalitatem renovare. Profecto Gallorum, Belgarum, aliorumque in caussa haud multum dissimili illustria sunt munificentiæ documenta, non modo æqualium, sed etiam posterorum admiratione dignissima. Neque dubitamus, quin italica gens communium rerum consideratione permota, id pro viribus actura sit, ut et se patribus suis dignam impertiat, et ex fraternis exemplis capiat quod imitetur.

In his rebus, quas diximus, profecto haud minimam habemus spem solatii incolumitatisque repositam. — Verum cum in omnibus consiliis, tum maxime in iis, quæ salutis publicæ caussa

suscipiuntur, omnino ad humana præsidia accedere necesse est opem omnipotentis Dei, cujus in potestate sunt non minus singulorum hominum voluntates, quam cursus et fortuna imperiorum. Quapropter invocandus summis precibus Deus, orandusque, ut tot ejus beneficiis ornatam atque auctam respiciat Italiam ; in eaque fidem catholicam, quod est maximum bonum cunctis periculorum suspicionibus depulsis, perpetuo tueatur. Hanc ipsam ob caussam imploranda suppliciter est Immaculata Virgo Maria, magna Dei parens, fautrix et adjutrix consiliorum optimorum, una cum sanctissimo Sponso ejus Josepho, custode et patrono gentium christianarum. Ac pari studio obsecrare opus est Petrum et Paullum, magnos Apostolos, ut in italicis gentibus fructum laborum suorum incolumem custodiant, nomenque catholicum, quod majoribus nostris suo ipsi sanguine pepererunt, apud seros posteros sanctum inviolatumque conservent.

Horum omnium cælesti patrocinio freti, auspicem divinorum munerum, et præcipuæ benevolentiæ Nostræ testem, Apostolicam benedictionem Vobis universis, Venerabiles Fratres, et populis fidei Vestræ commissis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XV Februarii an. MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri anno quarto.

LEO PP. XIII.

LETTRE DE S. S. LÉON XIII.

Les sages conseils contenus dans cette Lettre de S. S. Léon XIII trouvant aussi leur application dans d'autres pays que l'Italie, nous croyons faire plaisir à nos abonnés en insérant ce document dans notre recueil.

VENERABILIBUS FRATRIBUS
ARCHIEP. ET EPISCOPIS PROVINC. ECCLESIASTICARUM
MEDIOLANENSIS, TAURINENSIS ET VERCELLENSIS.

LEO PP. XIII.

Venerabiles fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Cognita Nobis est sapientia Vestra et vigilantia in omni genere diligens : itemque præclara in hanc Apostolicam Sedem voluntas, quam cum sæpe alias, tum etiam superiore anno et amantissimis litteris et coram confirmavistis. Atque illud magnopere lætamur episcopalibus laboribus Vestris uberes, Deo juvante, evenire fructus. Quibus de rebus gratulamur unicuique Vestrum meritasque laudes libenti animo publice tribuimus.

Nonnihil tamen istis ipsis in provinciis est, Venerabiles Fratres,quamobrem non sumus a sollicitudine plane vacui.In iis enim passim apparent quædam dissensionum initia, quæ nisi opportune matureque opprimantur, evadere in majus aliquod malum videntur posse. Ea igitur volumus a Vobis diligenter considerari, et Vestra cura operaque provideri ut, amotis dissidiorum caussis, sententiarum et voluntatum concordia retineatur, quæ cum in omni re publica, tum præcipue in Ecclesia maximum atque optimum est vinculum incolumitatis. — Jamvero metuendum est, ne hæc animorum concordia dirimatur contrariis partium studiis, quibus materiam præbet quædam inter Insubres ephemerides, et

doctrina clari unius viri, cujus inter recentiores philosophos nomen percrebuit.

Quod ad primum caput, sunt in istis provinciis Vestris ephemerides, quarum auctores veri rectique principia tuentur, sanctissima Ecclesiæ jura, Apostolicæ Sedis Romanique Pontificis majestatem strenue defendunt. Huic generi favendum maxime est ; et omni ratione curandum ut scriptores hujusmodi non modo floreant studiis hominum et gratia, sed etiam multos ubique nanciscantur similes sui, qui quotidianos improborum impetus sustineant, et honestatis religionisque patrocinio redimant impunitam plurimorum in scribendo licentiam. Hac de caussa Nos haud semel illorum probavimus voluntatem, vehementerque hortati sumus, ut tueri justitiam et veritatem scribendo insisterent, et nulla re deduci sese a proposito sinerent.

At vero convenit in caussa gravi et nobili modum adhibere defensionis æque nobilem et gravem, quem ultra progredi non oportet. Scilicet pulchrum est, eos qui catholicum nomen scriptis quotidianis defendunt præ se ferre veritatis amorem constantem, minimeque timidum ; sed simul oportet nihil eosdem suscipere, quod bono cuiquam viro jure displiceat, neque ulla ratione temperantiam deserere, quæ cunctarum comes debet esse virtutum. In quo nemo sapiens probaverit aut stilum vehementem plus quam satis est, aut quidquam vel suspiciose dictum, vel quod temere a personarum obsequio indulgentiaque discedere videatur.

In primis vero sanctum sit apud catholicos scriptores Episcoporum nomen ; quibus in excelso auctoritatis gradu collocatis dignus officio ipsorum et munere habendus est honos. Neque licere sibi homines privati putent in ea, quæ sacri Pastores pro potestate decreverint, inquirere ; ex quo sane magna perturbatio ordinis consequeretur et non ferenda confusio. Atque istam reverentiam, quam prætermittere licet nemini, maxime in catholicis auctoribus ephemeridum luculentam esse et velut expositam ad exemplum necesse est. Ephemerides enim, ad longe lateque pervagandum natæ, in obvii cujusque manus quotidie veniunt, et in opinionibus moribusque multitudinis non parum possunt.

Ad alterum caput quod attinet, de philosophicis disciplinis jam declaravimus cujus viri vestigiis ingrediendum putemus. Litteræ Nostræ Encyclicæ die IV mensis Augusti anno MDCCCLXXIX ad universos Episcopos datæ aperte monent, avere Nos et cupere ut juventus ad disciplinam sancti Thomæ Aquinatis instituatur ; quæ plurimum ad excolendas sapienter hominum mentes semper valuit,et est maxime accommodata ad pravas refutandas opiniones, quæ homines tanto jam numero transversos agunt, cum ingenti et salutis suæ discrimine et reipublicæ detrimento. Istud Litterarum Nostrarum propositum poterat omnium animos concordia junctos facile retinere, excepta interpretationis subtilitate nimia, servataque moderationis ratione in rebus iis, de quibus ob studium investigandi veri, citra fidei caritatisque jacturam, viri docti utrinque disserere consueverunt.

Sed quoniam non sine animi Nostri cura videmus partium studia plus æquo in disputando conflagravisse, publice interest, huic ardori animorum modum aliquem imponi. Quapropter cum in iis quæ in dies singulos scribuntur et multa commentatio et pacata judicii tranquillitas, ut plurimum, desideretur, optandum est ut catholici ephemeridum scriptores ab hujusmodi quæstionibus tractandis abstineant. — Interim autem Sedes Apostolica, de gravioribus negotiis præsertim quæ doctrinarum sanitatem spectant pro muneris sui ratione sollicita, ad renatas et crudescentes controversias vigilantiam et providentiam suam convertere non prætermittit, ea adhibita consilii prudentia, in qua quemlibet catholicum virum æquum est conquiescere.

Ex qua tamen re nolumus detrimentum capere societatem religiosorum virorum *a Caritate* nominatam, quæ sicut in juvandis ex instituto proximis hactenus labores suos utiliter insumpsit, ita optandum ut vigeat reliquo tempore, fructusque pergat quotidie uberiores edere.

Interea Vestrum est, Venerabiles Fratres, dare operam ut hæc consilia Nostra perficiantur, et nihil omittere quod ad firmandam concordiam pertineat. Quæ sane ea magis est, ut probe intelligitis, necessaria, quo plures et acriores apparent hostes rebus ca-

tholicis imminentes : adversus quos exercere vires omnes necesse est, easque non dissipatione attritas, sed conjunctione auctas.

Plurimum propterea prudentia, virtute et auctoritate Vestra confisi, Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et populis vigilantiæ Vestræ commissis, auspicem divinorum munerum, et præcipuæ benevolentiæ testem, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXV Januarii MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LEO PP. XIII.

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

CLAROMONTEN.

MISSÆ PRO POPULO.

Die 9 *Aprilis* 1881.

Claromontensis Antistes, supplici oblato libello die 13 Novembris elapsi anni S. V. O. exposuit, in Ecclesiis Parochialibus suæ Diœcesis diebus festis a Parocho, vel Viceparocho vel etiam ab alio Sacerdote, Missam parochialem nuncupatam solemniter cum canto celebrari et inter Missarum solemnia fieri quoque SS. Evangelii explanationem. Fideles porro firmiter putantes illam semper pro ipsis applicari, ad eam audiendam libenter confluunt. At pro populo applicatur nonnisi dum illam Parochus canit, qui pluribus distentus curis frequenter cogitur hujusmodi munus alteri Sacerdoti demandare. Hinc Episcopus optans fideles in hac erronea persuasione diutius haud versari, ac simul advertens, quod si id pernoscerent ægre ferrent, et non amplius tam diligenter ad illam Missam audiendam accederent, a S. V. O. quærit : 1. *Utrum prædicta urgens consuetudo sit habenda tamquam causa canonica sufficiens ut Parochus alii committat Missam pro populo loco ipsius celebrandam?* 2. *Posito, quod non sit causa sufficiens, ut pro gratia nihilominus concedatur facultas.*

Acceptas hasce preces protinus supplices inter libellos amandandas decrevi, et cum hodie mane ipsæ S. V. O. discutiendæ proponantur, nonnulla, ceu fieri solet, hinc inde animadvertere censui.

Certum et extra dubitationis aleam positum esse videtur Parochos ad applicationem Missæ pro suis fidelibus divino jure teneri. Hoc enim expresse traditur a Tridentino Concilio, in *Sess.* 23, *cap.* 1, *de Reform.* — ibi : — « Cum præcepto divino mandatum

« sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas « agnoscere, pro his sacrificium offerre etc. » Quod autem Concilii verba ad dominicos aliosque festivos dies sint referenda, manifesto erumpit ex innumeris S. H. O. declarationibus, et præsertim in *Pistorien. et Praten.* 24 *Febr.* 1699, quam suis Apostolicis Litteris : *Nuper a Congregatione* diei 24 Aprilis 1699 Innocentius XII plene confirmavit, nec non ex Constitutione *Cum semper* Benedicti XIV diei 14 Aug. 1741, atque Encyclicis litteris *Amantissimi* Pii IX S. M. diei 3 Maii 1858.

Hujusmodi porro obligationem qua Parochi devinciuntur, personalem esse, una veluti echo Canonistæ et Theologi tradunt. Inter cæteros audiatur Pitonius, qui in *Disc. Eccles.* 142, *n.* 15, ait : « Omnes dies Dominicos et festivos per hebdomadam... tene-« tur Parochus celebrare per seipsum, nisi ex justa causa impe-« ditus reperiatur. » Et inferius, *num.* 17 subdit: « Quod ista « celebratio Missæ Parochialis sit adimplenda per Parochum per-« sonaliter, probat non solum regula generalis, quod Parochi « tenentur per seipsos, non autem per substitutos adimplere om-« nia munera parochialia, ut tradit *Fagnanus*, in *cap. Extir-« pandæ*, § *Qui vero, n.* 4, *de Præb.* — ibi : — *Sacra Congregatio « censuit cogendos esse hujusmodi Rectores ad subeundum per seipsos « et non per substitutos omnia munia ad quæ Parochi tenentur.* Dum « tenentur per seipsos adimplere omnia munia parochialia, ergo « etiam Missam pro populo, quod est unum ex muneribus paro-« chialibus, et in puncto *Lapus. allegat.* 5, *n.* 7 ; sed etiam id « probat in terminis præcisis incompatibilitatis capellaniæ haben-« tis onera Missarum cum Ecclesia Parochiali specialis auctoritas « Panimol. *decis.* 31, *annot.* 1, n. 31... Si enim onus celebrandi « Missam Parochialem posset libere adimpleri per alium, utique « non esset incompatibilis cum Parochiali Capellania habens onus « Missarum. » Eadem docent *Barbos. De off. et pot. Parochi, part.* 1, *cap.* 2, *n.* 6 ; *in Summ. Ap. Dec. coll.* 478, *n.* 11 ; *Pasqual. De Sacr. nov. legis, q.* 584, *n.* 5; *Bouix, tract. De Par. part.* 5, *prop.* 5; *Gury, Theol. mor. tract. De Euchar. art.* 2, *n.* 362; *Scavini, Theol. mor. tract.* 3, *disp.* 1, *cap.* 2. Mirum su-

binde non est si expositæ DD. sententiæ S. V. O. non semel adhæsisse constet, quemadmodum, cæteris omissis, videre est in *Comen. Missæ Parochialis,* 11 *Maii* 1720, ad III et V *dub.*; in *Tusculana, Missæ Parochialis,* 26 *Januarii* 1771, ad II *Dub.*, et in *Castri Albi, V V. SS. LL.* 18 *Julii* 1789, in qua proposito secundo dubio: *An Parochi dd. Ecclesiarum, aliarumque Collegiatarum Diœcesis Castri Albi teneantur per se ipsos applicare diebus festis Missam pro populo, seu potius possint per Beneficiatos vel alios Sacerdotes prædicto oneri satisfacere in casu?* — responsum prodiit : — Ad II. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Atque adeo H. S. O. firmiter tenuit applicationem Missæ pro populo personalem esse, ut non dubitaverit contrariam consuetudinem, utpote a jure abnormem, improbare, quando nullo legitimo impedimento Parochus detentus maneret. Sic in *Mechlinien.* inter supplices libellos relata die 25 *Septembris* 1847, quærebatur quarto loco : *Quid censeri debeat de consuetudine vi cujus Parochus diebus dominicis et festis Missam privatam pro pio aliquo benefactore applicet, et nullo legitimo impedimento detentus onus celebrandi Missam pro populo in alium transferat Sacerdotem?* et sapientissimum prodiit responsum : *Ad* 4. *Consuetudinem, de qua agitur, non esse attendendam.* — Concinunt *cit. Castri Albi, et Policastren. Missæ pro populo, diei* 23 *Maii* 1857, inter Summaria Precum relata.

Quibus hucusque dictis serio expensis atque ponderatis, videretur, nedum quod dicta consuetudo ratio sufficiens non sit alteri committendi applicationem Missæ pro populo, verum etiam nec causa rationabilis indulgendæ in proposito gratiæ, et tam sanctum ac rationabilem canonum rigorem relaxandi. Quin aliquid relevet quod in contrarium adducitur, pia nempe fidelium credulitas ac timor desistendi ab illa Missa audienda si id ipsi pernoscerent. Quandoquidem leves ob hasce caussas neque excusandus videretur Parochus a satisfaciendo onere quod eidem personaliter incumbit, neque relaxanda lex, quam jugiter Sancta hæc Apostolica Sedes servatam voluit. Præterquamquod si fideles doceantur nihil ab ipsis amitti, si Missa privatim a Parocho celebretur, atque non leve bonum eisdem obvenire adsistendo Missæ

cum cantu, atque explanationi verbi Dei, oppositus timor in vanum timorem refundi videretur.

E contra perpendas quod licet Parochorum obligatio Missæ sacrificium pro populo applicandi ex divino præcepto manare videatur, haud tamen desunt Doctores qui reputant obligationem Parochorum personaliter applicandi Missam pro populo adeo gravis momenti non esse, ita ut ex levi etiam causa valeant ipsi hoc onus per alios explere : *Caval. Op. Lit. tom.* 3, *cap.* 8, *n.* 3, et certe in hac sententia rationum momenta ab Episcopo deducta talia apparent, ut Parochi per alios dictum Missæ sacrificium applicare possent. Verum, hac prætermissa parumper sententia, certum et indubium est Parochos, si legitime fuerint impediti, posse huic oneri per alios satisfacere, quemadmodum docent resolutiones editæ in *Viterbien*. 3 *Martii* 1708, *ad* 2 *dub.*; *Comen.* 2 *Maii* 1720 ; *Policastren. Dubia super Applicatione Missæ Parochialis*, 14 *Decembris* 1872, *ad* 3 *Dub.*; et S. C. de Propaganda Fide diei 14 *Martii* 1843. Quod a fortiori tenendum videretur si de animarum bono prout in themate ageretur ; prætermisso namque quod fideles in falsa persuasione manerent, illud timendum quod si hoc rescirent, iidem celebrationi hujus Missæ, et Evangelii explicationi interesse desisterent, cum ad id vehementer impellantur, ut refert Episcopus, unice ex eo, quod existiment illam Missam pro ipsis perlitari. Exindé de facili obveniret, ut illi pietatis sensus, quos maxime interest in christiano populo excitare et fovere, præsentibus præcipue temporibus, paulatim languescerent, ac sensim sine sensu suffocarentur cum periculo maximo Christi fideles ad exitiosum indifferentismum perducendi.

In hypothesi autem quod adductæ causæ sufficientes minime reputentur ad committendam alteri sacri applicationem pro populo, pro eo qua pollent in juris canonici peritia, videant EE. VV. num casus sit id per gratiam concedendi, quam perhumiliter ipse expostulat Claromontensis Præsul.

Quare etc.

S. Congr. Conc. respondit : Ad I. Negative.

Ad II. Non expedire.

DÉCISION DE LA S. CONGREGATION DE L'INDEX.

Un livre déféré a la S. Congrégation de l'Index et non condamné par elle, n'est pas censé pour cela exempt de toute erreur, et peut par conséquent être attaqué au point de vue philosophique et théologique.

DECRETUM.

Feria II, die 5 decembris 1881.

Proposita fuerunt sequentia dubia:

I. Utrum libri ad Sacram Indicis Congregationem delati et ab Eadem dimissi seu non prohibiti, censeri debeant immunes ab omni errore contra fidem et mores ?

II. Et quatenus negative, utrum libri dimissi seu non prohibiti a Sacra Indicis Congregatione, possint tum philosophice tum theologice citra temeritatis notam impugnari ?

Eadem (Indicis) Sacra Congregatio respondit :

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari præcepit. In quorum fidem etc.

Datum Romæ die 28 decembris 1881.

Fr. THOMAS Mª CARD. MARTINELLI, Præfectus.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri Ord. Præf.

Loco ✝ Sigilli. *S. Ind. Cong. a Secretis.*

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

LE CULTE DU CŒUR DE S. JOSEPH EST RÉPROUVÉ PAR L'ÉGLISE.

Dans notre dernière livraison, nous avons rapporté une décision de la S. Congrégation des Rites, attestant que le culte du Cœur de S. Joseph n'était pas approuvé par le Saint-Siège [1]. Nous publions aujourd'hui un nouveau document confirmant le précédent : c'est une lettre de l'Assesseur de la S. Congrégation des Rites, communiquant une décision de la S. Congrégation des Indulgences, en date du 19 février 1879, déclarant que le culte du Cœur de S. Joseph a déjà été réprouvé par S. S. Grégoire XVI, et qu'en conséquence on avait interdit les médailles représentant ce Cœur uni à ceux de Jésus et de Marie. Voici ce document :

« Quum Reverendissimus Episcopus Urbis Chambery in Sabaudia, a S. Congregatione Indulgentiarum supplicibus petiisset indulgentiam quamdam pro certa oratione ad venerandum Cor S. Patriarchæ Joseph, Sacra Congregatio sequentem decisionem ei transmittendam curavit : Cultus S. Joseph jam a sam. mem. Gregorio XVI reprobatus fuit, et idcirco prohibita numismata, quæ una cum SS. Cordibus Jesu et Mariæ illud S. Joseph exhibebant. Hinc admonendus orator, et forte etiam auctores Ephemeridis : *Le Messager de S. Joseph*, hanc devotionem non licere.

A. Caprara, *S. Rit. Congr. Assessor.*

(1) V. Tom. XIII, pag. 673.

DÉCISIONS DE LA CONGRÉGATION DES RITES.

I.

AUX MESSES CHANTÉES SANS DIACRE ET SOUS-DIACRE, L'ENCENSEMENT N'EST PAS PERMIS.

Dans un volume antérieur, nous avons rapporté une décision de la S. Congrégation des Rites qui consacrait ce principe [1]. La même Congrégation vient de la confirmer de nouveau par la décision suivante :

A Rmo hodierno Episcopo Salfordiensi quum a S. Rituum Congregatione exquisitum fuerit : An liceat absque speciali Apostolico indulto in Missa quæ celebratur cum cantu, sed sine adsistentia sacrorum ministrorum, thurificationes peragere? S. Rituum eadem Congregatio, referente subscripto Secretario respondit : Negative juxta alias decreta. Atque ita respondit et rescripsit. Die 7 julii 1880.

D. CARD. BARTOLINIUS S. R. C. Præfectus.
PLACIDUS RALLI *S. R. C. Secretarius.*

II.

ON NE PEUT SUSPENDRE DANS LES ÉGLISES DES EX VOTO EN CIRE.

VASTEN SEU THEATINA.

Perillustris et Rme Domine uti Frater.

Parochus una cum Clero ecclesiæ sub titulo Sanctissimi Salvatoris loci vulgo *Casalbordino* istius diœceseos Vasten. exposuit huic Sacræ Rituum Congregationi, quod in rurali ecclesia *Sanctæ*

(1) Tom. XII, pag. 75.

Mariæ a Miraculis nuncupata, fideles ad eam convenientes in signum gratiarum, quas a Deipara se accepisse tenent, suspendere consueverunt penes ejus altare tabellas votivas ex cera confectas partem illam humani corporis referentes, cujus sanationem ejusdem Beatæ Mariæ Virginis ope obtinuerunt.

Quoniam vero Amplitudo Tua nuper mandavit, ut ab altari eæ ex hujusmodi votis tabellis tollerentur, quæ partem corporis minus honestam exhibent; idem parochus etsi, uti asserit, huic mandato morem gesserit, voluit tamen Sacræ Rituum Congregationi insequentia dubia, italico idiomate expressa, declaranda humillime subjacere, nimirum :

I. In moltissime chiese, non solo di questa, ma di altre diocesi, si osservano sospesi *ex-voti* in cera ; sono dunque da ritenersi come ornamenti indecenti e sconvenienti nel sacro Tempio [1] ?

II. Nel caso suesposto, vale a dire, emanata proibizione dal Vescovo di doversi rifiutare, e non più sospendere gli *ex-voti* in cera nella parete dietro l'altare della Vergine, come regolarsi il parroco e il clero per lo scandalo, ed i reclami dei fedeli [2] ?

Sacra porro eadem Congregatio, audita sententia in scriptis alterius ex ipsius Consultoribus, re mature expensa, sic rescribere rata est :

Ad I. Affirmative.

Ad II. Ad mentem. Mens est ut parochus ipse edoceat populum de indecentia expositæ consuetudinis morem ethnicorum redolentis, omnique studio adhortetur fideles, ut sapienti Amplitudinis Tuæ mandato libenti animo religiosissime pareant.

(1) C'est-à-dire : Dans un grand nombre d'églises, non seulement de ce diocèse, mais aussi d'autres diocèses, on voit suspendus au-dessus des autels des *ex-voto* en cire. Doivent-ils être considérés comme des ornements indécents et inconvenants dans un temple sacré ?

(2) Dans le cas ci-dessus exposé, c'est-à-dire, quand l'Evêque ordonne de les refuser, et défend de les suspendre derrière l'autel de la Sainte-Vierge, comment le curé et les autres membres du Clergé devront-ils se régler, pour éviter le scandale et les réclamations des fidèles?

Dum autem hanc Sacræ Congregationis resolutionem ac mentem Amplitudini Tuæ significo, præfato parocho authentice communicandam, ut Ipsa diu felix et incolumis vivat ex animo adprecor.

Amplitudinis Tuæ

Romæ, die 19 maii 1881.

Uti Frater addictissimus.

D. CARD. BARTOLINIUS, S. R. C. Præfectus.

PLAC. RALLI, *S. R. C. Secretarius.*

III.

ON NE PEUT PAS SE SERVIR DE LIVRES DE PRIÈRES CONTENANT L'ORDINAIRE DE LA MESSE EN LANGUE VULGAIRE, S'ILS NE PORTENT PAS L'APPROBATION EXPRESSE DE L'ÉVÊQUE.

Les Souverains Pontifes ont autrefois proscrit la traduction en langue vulgaire du livre liturgique par excellence : le Missel Romain. L'Eglise tenait, contre la tendance des hérétiques, à conserver ce qu'il y a de mystérieux dans son culte par l'emploi d'une langue sacrée inconnue au peuple. Un docteur de Sorbonne, ami des innovations liturgiques, publia une traduction du Missel Romain, qui fut condamnée d'abord par l'Assemblée du Clergé de France de 1660. A l'autorité de cette auguste assemblée vint bientôt se joindre celle du Siège Apostolique. Par son Bref du 12 janvier 1661, Alexandre VII condamna et réprouva cette traduction, défendant à tous les fidèles de l'imprimer, de la lire, ou de la retenir, sous peine d'excommunication, ordonnant à tous ceux qui en possé-

daient, de remettre les exemplaires aux Ordinaires ou aux Inquisiteurs pour les brûler [1].

(1) Voici le Bref tel qu'on le lit dans le *Bullarium Romanum*, Tom. VI, part. V, pag. 121.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ad aures nostras ingenti cum animi nostri mœrore pervenit, quod in Regno Galliæ quidam perditionis filii in perniciem animarum novitatibus studentes, et ecclesiasticas sanctiones, ac praxim contemnentes, ad eam nuper vesaniam pervenerint, ut Missale Romanum latino idiomate longo tot seculorum usu in Ecclesia probato conscriptum ad gallicam vulgarem linguam convertere, sicque conversum typis evulgare, et ad cujusvis ordinis et sexus personas transmittere ausi fuerint, et ita sacrosancti Ritus majestatem latinis vocibus comprehensam dejicere et proterere, ac sacrorum Mysteriorum dignitatem vulgo exponere temerario conatu tentaverint.

§ 1. Nos, quibus licet immeritis Vineæ Domini Sabaoth a Christo Salvatore Nostro plantatæ, ejusque pretioso sanguine irrigatæ, cura demandata est, ut spinarum hujusmodi, quibus illa obrueretur, obviemus incremento, earumque quantum in Domino possumus, radices succidamus, quemadmodum novitatem istam perpetui Ecclesiæ decoris deformatricem, inobedientiæ, temeritatis, audaciæ, seditionis, schismatis, aliorumque plurium malorum facile productricem abhorremus, et detestamur ;

§ 2. Ita Missale prædictum gallico idiomate a quocumque conscriptum, vel in posterum alias quomodolibet conscribendum, et evulgandum, motu proprio, et ex certa, ac matura deliberatione Nostris, perpetuo damnamus, reprobamus, et interdicimus, ac pro damnato, reprobato et interdicto haberi volumus, ejusque impressionem, lectionem et retentionem universis et singulis utriusque sexus Christifidelibus cujuscumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, et præeminentiæ, licet de illis specialis et individua mentio habenda foret, existant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso jure incurrendæ perpetuo prohibemus.

§ 3. Mandantes quod statim quicumque illud habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, realiter et cum effectu exhibeant, et tradant locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, qui nulla interposita mora exemplaria igne comburant, et comburi faciant, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 12 januarii 1661, Pontificatus Nostri anno VI.

Vers le milieu de ce siècle, Mgr l'Evêque de Langres s'adressa à Sa Sainteté le Pape Pie IX, lui demandant s'il pouvait permettre la traduction en langue vulgaire de l'ordinaire de la messe. La réponse fut négative. Voici le texte de la demande et de la réponse :

Episcopus Lingonensis, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humiliter quærit an liceat ordinarium missæ in linguam vernaculam et vulgarem traducere, et sic traductam, approbante Episcopo, ad usum fidelium typis mandare ?

Ex audientia Sanctissimi, die 6 junii 1851 [1].

Sanctissimus mandavit ut Episcopus orator moneat traductores ut ab cœpto abstineant, ejusdemque operis impressionem et publicationem inhibeat.

Voilà un peu plus de deux ans, une demande à peu près semblable fut de nouveau présentée au Saint-Siège, qui s'est relâché de sa rigueur primitive, et permet de mettre la traduction en langue vulgaire en face du texte latin de l'ordinaire de la messe, pourvu que le livre porte l'approbation expresse de l'Evêque. Voici la demande et la réponse de la S. Congrégation des Rites :

Num prohibitum sit in libris nuncupatis *Devotionis* textui latino ordinis missæ ac præsertim canonis, addere versionem in lingua vulgari ?

Sacra Rituum Congregatio declarare censuit : Libros eorumque versiones in lingua vernacula de quibus agitur, a canonicis præscriptionibus et Apostolicis decretis Episcoporum auctoritati omnino reservari ; ideoque licitum non esse fidelibus horum uti editionibus, nisi istæ expressam referant Episcoporum adprobationem. Atque ita declaravit die 4 augusti 1879.

(1) Mühlbauer, *Decreta authentica Congregationis Sacrorum Rituum*, V. *Lingua vulgaris*, tom. II, pag. 24, lui donne la date du 6 juin 1857. Quelle est la véritable ?

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES MORALES DE ACTIBUS HUMANIS, ET DE CONSCIENTIA,

De quibus deliberabitur in conventibus, quos, auspice viro Emo Raphaele Monaco La-Valetta S. E. R. Presbytero Cardinali Sublacensi Abbate Commendatario, et sanctissimi D. N. PP. Leonis XIII Vicario generali, Romæ ad S. Apollinaris habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli Apostoli, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt, a mense novembri anni 1881 *ad septembrem* 1882.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

QUÆSTIONES MORALES DE ACTIBUS HUMANIS ET DE CONSCIENTIA.

I.

Die 28 *Nov*. 1881.

Titius quadam necessitate coactus cum quibusdam amicis, male de Religione sentientibus, sæpe cœnam sumit, et quædam inter pocula audit, quæ ex animo detestatur. Non tamen raro accidit ut ipse ebrius evadens eorum sententiis indulgeat, et multa injuriosa proferat, quæ utpote prolata a viro acrioris et vividioris ingenii, plausu excipiuntur, ita ut insequenti die a sociis magnas laudes referat. Quodam vero die cum coram ipsis conque-

reretur de injustitia, quam a quodam sibi factam esse putaverat, tanta ira incaluit, ut sodalibus instigantibus juramentum emiserit, se vindictam sumpturum. Attamen statim ac illud protulit sui eum facinoris pœnituit, sed ne inconstans appareret conticuit, et vino indulgere prosecutus est. Post cœnam alter ex sodalibus sanioris mentis eum admonuit de tota hac sua agendi ratione, deque erroribus et conviciis, quæ in ebrietate proferre solebat. Miratus est Titius hanc suam consuetudinem et anxius utrum peccaverit, ad confessarium accedit, qui hæc audiens secum quærit :

1°. *Quid requiratur ad actum humanum constituendum ?*
2°. *An et quando voluntarium in causa sit imputandum ?*
3°. *Quid sentiendum de singulis in casu ?*

II.

Die 12 *Decemb.* 1881.

Mævia in hujusmodi infirmitatem incidit, ut plurium medicorum consilio ab opere maritali, ob grave vitæ periculum, abstinere necesse sit. Ægre hoc ferens vir ejus rixas, et jurgia movet, ad fœminas libidinis explendæ causa accedit, ac familiæ pacem susdeque vertit. Conquerenti Mæviæ de suo infelicissimo statu vaferrima mulier hoc consilium præbet, ut famulam forma venustam, et lenociniis aptam domi excipiat, hac spe freta, virum suum facile illam amaturum, eaque contentum vagam venerem, omnigenis plenam periculis, dimissurum : quod certe minus malum esset, et fortasse concordiæ et pacis argumentum. Res juxta sententiam accidit. Pax familiæ redditur, et Mævia optimo famulatu, et nova viri benevolentia recreatur. Paschatis tempore ad confessionem sacramentalem accedit, suoque confessario omnia pandit. Hic præterquam quod de admisso facinore horreat, ipsam hortatur, imo jubet famulam e domo statim dimittere. Protestatur Mævia se dolere de adhibito consilio, sed modo mala majora prævidere si ejus sententiam sequatur : proinde nonnisi permissive se habere quoad viri sui agendi rationem. Recusans itaque confes-

sario parere inabsoluta dimittitur. Anxia propterea ad alium accedit qui omnibus auditis secum quærit :

1°. *Quæ requirantur ut omissio sit voluntaria, et simul imputabilis ad culpam ?*

2°. *Utrum Mævia peccaverit, et ad quid teneatur in præsens?*

III.

Die 2 Januarii 1882.

Titius cujusdam potentissimi viri sententia ex errore prorsus injusta a munere, quod cum laude expleverat, remotus summa rei familiaris inopia afflictari cœpit. Nullum proinde lapidem non movet, ut vir ille, veritate cognita, ipsum suo muneri et famæ restituat : sed frustra. Id quum intellexisset amicus quidam, qui noverat plurimum apud illum valere formosissimam fœminam, quacum turpem fovere amorem dictitabatur, Titio suadet, ut istius opera et patrocinio utatur ad illum e sua sententia dimovendum. Hujusmodi consilio executioni mandato, res prospere cessit. Paulo post quum ab eodem viro favorem sibi valde utilem Titius consequi vellet, ratus faciliores se viros præbere mollitis verbis, et gratiæ mulierum, pulcherrimam inter ceteras, sed honestissimam, ad eumdem mittit ad rem impetrandam. Vir ille adprecanti morem gessit, sed vesano erga eam amore captus ad turpia sollicitat. Honesta autem mulier facinus exhorrens strenue assentiri renuit. Hæc quum resciverit Titius, quamdam de sua agendi ratione anxietatem expertus, omnia confessario exponit, qui secum quærit :

1°. *Utrum et quæ conditio requiratur, ut malus effectus imputari possit ?*

2°. *Utrum et quam liceat ponere causam ad bonum effectum, quamquam ex ea malus sequatur ?*

3°. *Quid in utroque casu Titio respondendum ?*

IV.

Die 16 januarii 1882.

Titius lucrum valde grave ex eo refert quod viri plurimi suam tabernam ventitent, et non exiguas expensas in cibo, potuque sumendo faciant. Hunc tamen piget eorum blasphemias, et obscæna audire, quæ in religionem et Apostolicæ Sedis jura sæpissime proferunt. Vellet illos admonere, sed cum cachinnis excipiatur, et pejora merito timeat silere arbitratur. Nec satis. Illi ephemerides cujuscumque classis poposcunt, iisque deficientibus non solum tabernam déserere, sed etiam ejus famam, ut hominis novi ordinis hostis, atterere minitantur. Cum itaque is certo prævideat sibi magna mala ventura, et simul agnoscat inutile prorsus esse eas denegare, cum passim in ceteris tabernis eædem reperiantur, eorum moribus indulget. Hanc tamen industriam adhibet, ut una cum damnatis ephemeridibus alias etiam sana doctrina refertas ex æquo immisceat. Tempore paschali totam suæ vitæ rationem confessario aperiens hac super re interrogatur, eique respondet se nullo animi scrupulo angi : quia nonnisi ex metu amittendæ industriæ cum gravi familiæ suæ damno ea permittere, quæ intimo animo detestatur. His auditis confessarius secum quærit :

1°. *Quæ sit differentia inter facere et permittere ?*

2°. *Utrum et qui metus causet involuntarium ?*

3°. *Utrum agendi ratio Titii sit mala, vel saltem permittenda ?*

V.

Die 30 Januarii 1882.

Recitatur oratio de Laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi Patronum adlegit.

VI.

Die 27 Februari 1882.

Titius qui politicis perturbationibus addictus jamdiu sacramentis valedixerat, tandem in periculo mortis constitutus paro-

chum advocat, ut propriæ conscientiæ consulat. Cum ejus præcipuus error sit Rom. Pontificem non egere temporali dominatione, atque hanc verti in perniciem spiritualis auctoritatis, et proinde illum optimo jure ad Italiæ unitatem fuisse expoliatum, parochus contrariam doctrinam suadere satagit. Sed frustra. Ille enim, licet morbo oppressus, suam tamen sententiam ratiunculis, et sophismatibus sustinere non desinit. Parochus in eo est, ut eidem sacramentalem absolutionem deneget, nisi prædictos errores detestetur : sed ille majori animi conatu se contra Ecclesiam nihil sentire adfirmat, et catholicum se esse gloriatur. At improviso eidem vires deficiunt, neque amplius loqui, neque audire videtur. In ejus agone parochus animo angitur, hæretque quid sibi sit agendum : et proinde secum quærit :

1°. *Utrum ignorantia excuset a peccato?*

2°. *Utrum rei, de qua in casu, ignorantia inculpabilis dari queat?*

3°. *An danda absolutio ?*

VII.

Die 13 *Martii* 1882.

Titius amicorum lenociniis, et seductionibus massonicæ sectæ nomen dat. Dum eorum conventicula frequentare incipit, quanta contra religionem in iis peragantur apprime agnoscit. Sub juramento enim sociis imponitur Missam omittere, filios baptismati non offerre, atque omnia moliri ad catholicam religionem, si fieri posset, labefactandam. Titius per aliquot tempus his impietatibus indulget. Tandem in se reversus sectæ renuntiare vellet, sed impossibile hoc videtur ob mala gravissima, quæ sibi, et familiæ obventura præsentit. Licet enim lex de morte proditorie inferenda contra socios sectam deserentes revocata sit, ita tamen desertores mille quas secta possidet nocendi artibus circumveniuntur, ut ne pereant impossibile sit. Hinc Titius metuens, ne hæc sibi eveniant, ab iis quæ occulta sunt se abstinet, reliqua

juxta sectæ mandata adimplet, ejusque conventiculis adesse, licet invito animo, non renuit. Sed nihilominus conscientiæ stimulis exagitatus ad confessarium accedit, eique omnia aperit. Hic secum quærit :

1°. *Utrum metus causet involuntarium?*
2°. *Utrum idem voluntarium omnino destruat?*
3°. *Quid Titio respondendum?*

VIII.

Die 17 *Aprilis* 1882.

Titius chirurgicæ artis magister in prima juventa dum morbis remedia applicat concupiscentiæ motus experitur, sed ne consentiat interim orat, quin tamen animo quietus maneat, eo quod motus nimis violenti fuerint, et quædam sensibilis delectatio per longum tempus perduraverit. Paulo post cum e prioris instituti fervore discesserit, et menstruam confessionem omiserit, inter somnum et vigiliam impura phantasmata mente revolvit, ex quibus non raro oblectamenta persentit ; præsertim cum aliquam vim in suum corpus exercuisse sibi videtur. Hæc autem majora fiunt cum per diem nudas ægrotorum partes intuitus sit, neque christianas preces ante dormitionem recitaverit. Tandem his tentationibus defatigatus, cum non posset suam artem derelinquere, putans in ea castitatem non posse servari, hæc contemnenda esse censet, et pro hujusmodi oblectamentis quibus resistere impar sibi videtur, in arte quam exercet, et in calidiori natura, qua præditus est, excusationem dari non dubitat. Hæc omnia tempore paschali confessario exponit, qui secum quærit :

1°. *Quomodo concupiscentia influat in voluntarium?*
2°. *Quando impura phantasmata voluntaria haberi debeant?*
3°. *Quid Titio respondendum circa omnes anteactæ vitæ actus, quid ei in posterum præscribendum?*

IX.

Die 8 *Maji* 1882.

Titius adolescens piis et honestis moribus præditus nimios et graves concupiscentiæ patitur motus erga quandam ancillam, quæ suis parentibus senio confectis diligentissime inservit. Cum eadem una vel altera vice peccat ; sed sui facinoris dolentissime pœnitet, et ad hanc occasionem dimittendam nullum non admovet lapidem, ut illa e domo ejiciatur. Verum omnes illius conatus in irritum cadunt ob amorem, quo eam parentes prosequuntur. Unum superesset, videlicet rem parentibus manifestare : sed hoc peragere non valet animo. Hinc hoc consilii capit : scilicet ratus parentes eam domo ejecturos, si eamdem ut furem habeant, et de furto ream procul dubio futuram, si annulum, qui ad matrem pertinet ipse celet, hunc surripit, et abscondit. Neque eum damnorum prævisio detinet, quæ famulæ obventura sunt, quippe sibi propositum habet omnem industriam exercere, ut facinus in vulgus non edatur. Paratus pariter ipse est ancillæ pecuniam aliquam subministrare, qua se substineat donec alteri familiæ suum famulatum commodare valeat, ad quod facile obtinendum plurimi sui ipsius commendationem facit. Interim quod Titius meditatus est accidit, et rea habita de furto ancilla e domo ejicitur. Verum Titius postea famulæ animi mærore confectæ lacrymis commotus, et haud facile de facto familiam inveniri, quæ eam excipiat, intelligens, conscientiæ stimulis agitari cœpit, et ad confessarium accedit, qui secum quærit :

1°. *Qui finis sit operis, et qui operantis in actu humano?*

2°. *Quinam finis requiratur ut actio tota licita sit?*

3°. *Quid Titio consulendum?*

X.

Die 22 *Maji* 1882.

Titius præconceptum odium in rerum politicarum novatores continuo fovet : ut quoties unum vel alterum ex eis infortunio,

vel morti obnoxium noscit, non mediocriter secum lætatur, imo sæpe hæc secum revolvit. Utinam felix mihi daretur occasio eorum quempiam inveniendi absque ullo teste in loco remotissimo! occiderem profecto ! Quadam die antelucano tempore Cajus, quem speciali odio ob acceptum damnum Titius prosequebatur, venandi gratia nemus ingreditur, et Titium, cujus odium non ignorat, videns sclopeto armatum, paululum a via declinat, et inter arbusta se abscondit. Prætergrediens Titius, qui Cajum non viderat, malo fato rumorem quempiam audit inter arbusta, et putans se feram videre, sclopetum explodit, Cajum occidit, et postea de patrato errore lætatus est. Plura ob Caji mortem uxori, et filiis damna secuta sunt. Rem Titius exponit confessario in Diœcesi in qua homicidium voluntarium est reservatum. Quæritur:

1°. *Notio distincta voluntarii indirecti, et ignorantiæ concomitantis.*

2°. *An Titius incurrerit spirituales pœnas pro homicidio inflictas?*

3°. *An teneatur damna ex morte Caji secuta reparare?*

XI.

Die 5 Junii 1882.

Titius acrioris indolis, et iram in promptu habens sæpe coram filiis blasphemat, quibuscumque adstantibus, legitimi principis regimen vituperat, nec non publice omnium defectus facile manifestat. Relate tamen ad sibi amicos ita se continet, ut ne verbum quidem in eorum perniciem unquam proferat, licet eorum vitia, vel aliquod patratum facinus eidem innotescat. Verum quum a Cajo ex intimioribus sodalibus suis gravi se fuisse injuria lacessitum sentiret, adeo in eum ira excanduit, ut occultum ejus facinus sibi dumtaxat cognitum, pluribus adstantibus, Cajo objecerit, ac graviter objurgaverit. Lapsu temporis intelligit filios suos in blasphemias nimis faciles, in politicas novitates proclives, et Cajum dejectum esse ab officio exactoris quod cum laude exerce-

bat, ex cognitione, quam vir princeps, cui operam sum navabat, ex ejus dicteriis acquisiverat. Hinc conscientiæ stimulis agitatus confessarium adit, cui anteactæ vitæ totam rationem aperiens confirmat, se nec modum quo loquebatur animadvertisse, neque animo prævidisse detrimentum, quod Cajo ejusque familiæ ex illa criminis manifestatione obvenerat, quamquam si rem pacato animo perpendisset, facile intelligere potuisset quanta ex ejus agendi ratione damna ceteris impenderent. His cognitis confessarius secum quærit :

1°. *Quæ advertentia requiratur ad actus ejusque effectus imputabilitatem ?*

2°. *An eadem advertentia requiratur tam relate ad objecti, quam ad circumstantiarum malitiam ?*

3°. *Quid Titio dicendum, quid præscribendum ?*

XII.

Die 19 *Junii* 1882.

Titius parochus tot, tantaque de necessitate dirigendi opera ad Deum in suis concionibus prædicat, ut plures hujus defectu, ne dum meritorum vacuam sed etiam vitiosam vitam miserrime agere proclamet. Explicans enim illud Pauli : « *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite ;* » et aliud : « *Omne quodcumque facitis in verbo, et opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite;* » sic urget hujusmodi necessitatem ut unumquemque actum, ut opus supernaturaliter bonum habeatur, ad Deum referendum esse doceat. Ut autem idem actus ad meritum æternæ vitæ imputetur, a caritate elici necesse esse proclamat : in operibus enim meritoriis, ipse prosequitur, verificari debet juxta Apostolum quod : « *Qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est.* » Ut hæc tuto in praxi deducantur, hujusmodi directionis operam actum saltem unoquoque die eliciendum contendit. Inter adstantes Cajus vir optimæ indolis, et ad misericordiæ opera natura proclivis, sed rerum divina-

rum negligentissimus, reperitur. Hic hisce auditis suæ anteactæ vitæ rationem recolens, inter cætera comperit pluries stipem egentibus erogasse, quin tamen mente ad Deum assurgeret, et parum toto suæ vitæ cursu de Deo cogitasse. Proinde animi mœrore conficitur tot bona amisisse, et fortasse sæpe sæpius peccasse. Miserrimum sui animi statum confessario aperit, et quæ in concione audierat fideliter exponit. Hic secum quærit :

1°. *Utrum et quæ obligatio sit omnes actus referendi ad Deum ?*

2°. *Quænam requirantur ad actus meritum, et præsertim an a caritate elici debeat ?*

3°. *Quid de doctrina parochi sentiendum, et Cajo respondendum ?*

XIII.

Die 3 *Julii* 1882.

Titius negotiator ditissimus a viro theologo acceperat in conscientiæ dubio quempiam eam partem licite posse sequi, quæ eidem melius arrideat. In hujusmodi enim casibus lex dubia est ; neque proinde ullam obligationem pariens. Hanc doctrinam, ut regulam omnium suarum actionum, libentissime tenet. Hinc quoties an contractus aliquis sit justus, an actio quædam honesta, dubitat, juxta commodum, quod ex actione est habiturus, se ad operandum determinat. Quum vero die quadam sacræ concioni intersit, et a concionatore accipiat nunquam licitum esse cum dubia conscientia operari, scrupulis exagitari cœpit, et proinde ipsum concionatorem adiens anteactæ vitæ rationem eidem exponit. Hic suam sententiam confirmans declarat eum in unaquaque actione peccasse : quatenus vel ob defectum in veritate inquirenda, vel ob causæ insufficientiam, qua actionum suarum licitudinem decernebat, semper peccandi periculo sese exposuerit. Titius doctrinæ huic non acquiescens confessarium adit, qui re audita secum quærit :

1°. *Quid sit conscientia dubia et quotuplex ?*

2°. *An et quando liceat operari cum conscientia dubia ?*

3°. *Quid dicendum de statu conscientiæ Titii, et de concionatoris sententia ?*

XIV.

Die 17 *Julii* 1882.

In cujusdam parochialis templi Sacrario Titius sermonem interserens de probabilismo declarat se, excepto casu de evitando actionis alicujus malo effectu, qui ab ejus licitudine non pendet, semper opinionem probabilem sequi. Hanc autem rationem addit; quia scilicet qui probabilitatem sequitur prudenter operatur, et qui prudenter operatur numquam peccare dicendus est. Contradicit Titio alter sacerdos nomine Cajus, asserens, ubi certitudo haberi nequeat, majori, quæ dari possit, prudentia nos inniti debere, et quum probabilior opinio majorem prudentiam præseferat, illam semper sequendam esse mordicus tuetur. Interim ecclesiæ parochus ingreditur et intellecta quæstionis causa eos risu excipit, et utrumque in errore versari docet. Sub utraque opinione, is ait, etiam in probabiliori semper dubium, non modo speculativum, sed etiam practicum remanet, neque unam vel alteram ad illud conscientiæ dictamen firmum certumque efformandum valet, quod necessario ad licite operandum requiritur. Addit insuper opinionem probabilem vel probabiliorem nihil aliud efficere, nisi nos admonere quod in dubio versemur, hinc aliis principiis, quæ reflexa in scholis dicuntur, certitudinem practicam esse inquirendam. Plurima tandem hujusmodi principia enumerat, sed omnia ad unum redigi ipse autumat, quod sic exprimi potest. Illi opinioni favendum est, pro qua stat possessio, sive libertati faveat sive legi in cujuscumque virtutis ordine. Ex hoc judicio lis major evadit, et quum plura hinc inde fuerint disputata, non sine ambagibus, quin alter alterum convinceret, consilium omnes inierunt virum magnæ laudis theologum consulere, quærentes :

1°. *An doctrina probabilismi vel probabiliorismi, ut in casu exposita, vera sit regula morum ?*

2°. *Quatenus negative, ad quid inserviat probabilismi usus ?*

3°. *Quid dicendum de unaquaque opinione disputantium ?*

XV.

Die 31 *Julii* 1882.

Titius acris ingenii et in quæstionibus theologicis valde peritus persuasum sibi habet doctrinam probabilismi non posse sustineri, quando agitur de materia, quæ circa jus naturæ versatur. Animadvertens insuper in quasdam propositiones libertati faventes, quas majoris notæ theologi probabiles habent, et earumdem intrinsecas rationes expendens unam vel alteram adeo omni probabilitate destitutam apprehendit, ut contrariam omnino certam et indubiam retineat. Rationes quas ipse expendit nonnullis ex suis amicis communicat, et quosdam in assensum trahit, quosdam adhuc propositiones illas probabilitate frui firmissime retinere cognoscit. Paulo post Titius ipse in iis circumstantiis versatur, ut ad evitandum grave, quod sibi imminet incommodum, quamdam ex illis propositionibus libertati faventem, et quidem jus naturæ respicientem, practice ipsi necesse sit. Vellet proinde theologorum judicio, qui illam defendunt se inniti, attamen nescit illam intimam persuasionem depellere, qua certam tenet contrariam propositionem : magnam enim intra se in illa sequenda repugnantiam experitur. Angitur igitur inter utrumque, et ut suæ quieti consulat, a theologo quærit :

1°. *Quid sit probabilitas intrinseca vel extrinseca alicujus sententiæ?*

2°. *Utrum possit conciliari objectiva probabilitas cum subjectiva certitudine contraria in individuo ?*

3°. *Quid sibi agendum ?*

XVI.

Die 21 Augusti 1882.

Titius civitatis cujusdam gubernator constitutus modo in criminosos homines sententiam ferre, modo inter cives jura decernere suo officio tenetur. Accidit ut in causa criminali reus quidam ex actis probabiliter insons appareat, cum tamen gravissima in eum urgeant patrati criminis argumenta, quæ equidem certitudinem paritura forent, si qui capite inquisiverat acrius singula insectatus esset. Item in cujusdam juris disceptatione inter duos, juxta allegata a partibus rationum momenta observat longe probabilius decernendum esse pro primo, agnoscit tamen nec sua gravi probabilitate carere, quæ sunt ab altero allegata; quam quidem probabilitatem putat adeo augeri potuisse, si in meliorem formam argumenta a patronis fuissent prolata, ut certo istius jus probabilius futurum esset. Interim ob præstita ab isto, ejusque patronis officia, non sine aliqua propriæ conscientiæ formidine, pro secundo contra primum decernit. Hæc dum confessionem tempore paschatis facit, confessario enarrat, qui secum quærit :

1°. *Utrum fas sit opinionem probabilem sequi in concursu certe, et longe probabilioris, præsertim in S. Alphonsi sensu?*

2°. *Utrum Titius in utroque judicio peccaverit ?*

3°. *Quatenus affirmative : utrum ad aliquid teneatur ?*

XVII.

Die 4 Sept. 1882.

Titius presbyter ad cœnam invitatus dum inter sodales suos mensæ assidet, nondum horas canonicas, justa tamen de causa, explevisse recordatur. Opportuna occasione capta a mensa assurgere satagit, ut in interiori domus cubiculo eas recitare valeat. Verum dum in eo est ut vesperas recitet, duodecimam diei horam a meridie expleri animadvertit. Ratus juxta opinionem

probabilem suæ obligationi eo ipso finem factum esse, illico dimisso horarum diurno a recitatione destitit, et ad commensales redit. Hoc temporis ad potandum invitatus dubius hæret animo, utrum possit : recolens theologos probabile proclamare, quæ per diem licent posse protrahi usque ad horæ quadrantem a media nocte, vel ob quamdam tolerantiam, vel ob signorum varietatem, quæ ex horologiis ad mediam noctem determinandam habentur, per hoc temporis spatium potui indulget. Insequenti die missam celebraturus conscientæ stimulis angitur, et confessarium petens quærit :

1°. *An ex duabus opinionibus æque probabilibus modo unam, modo alteram sequi liceat ?*

2°. *An licite vesperas omiserit, et cœnam protraxerit ?*

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES RITUALES SELECTÆ DE SACRAMENTO ORDINIS,

De quibus deliberabitur in academiæ liturgicæ conventibus, quos auspice viro Emo Raphaele Monaco La-Valetta, Tituli S. Crucis in Jerusalem S. R. E. Presbytero Cardinali, Sublacensi Abbate Commendatario, et Sanctissimi Domini Nostri Leonis PP. XIII Vicario generali, Romæ in Ædibus Presbyterorum Missionis, prope Curiam Innocentianam, habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

QUÆSTIONES RITUALES SELECTÆ DE SACRAMENTO ORDINIS.

I.

Die 16 *Novembris* 1881, hora 3 1/4 *a meridie.*

N. B. *Quæstionem hanc anno superiori ob exortum impedimentum omissam, hic reassumendam existimavimus.*

Gravis haud dudum agitata fuit controversia in quodam cœtu ecclesiasticorum doctrina ac pietate præstantium. Agebatur de Rutilio oppidi cujusdam capellano, viro pavido et ægræ valetudinis : qui sacrum faciens cum verba : « *Qui pridie etc.* » jam inchoasset, magno exorto rumore in proxima oppidi platea, ubi

præcedenti vespere varia perpetrata fuere homicidia, altare reliquit, seque in occultum abdidit, usquedum, duabus jam horis transactis, certior factus de restituta tranquillitate, animum recuperavit, quin tamen missam absolveret. Alia vice missam circa meridiem celebrans, cum ad orationem dominicam pervenisset, ab æedituo subito admonetur, ut sacramenta properanter administraret Antonio parocho, qui violenta apoplexia perculsus animam jam agebat. Nulla interposita mora altare reliquit Rutilius, depositisque sacris indumentis, necessaria subsidia morienti exhibere studuit : sed ob vehementes contractiones et dolores quibus iste premebatur, rem ad exitum perducere nequivit nisi post sesquihoram, quando Antonius e vivis excessit. Tandem dum alia vice, ex diuturno morbo convalescens, sed non satis firmis viribus, missam prope meridiem celebraret, ad hostiæ elevationem, derepente magno impetu sanguinem evomere cœpit, et lectulum repetere compulsus est, postquam adstantes omnes ei opem tulissent, ut sacrum, si posset, expleret. Aderat ibi forte etiam Maurus sacerdos regularis, qui licet summo mane missam celebrasset, ac binæ ferme horæ a meridie præterlapsæ fuissent, nihilominus necessarium esse putans sacrificium perficere, sacris assumptis paramentis, divinam actionem a verbis : « *Simili modo etc.* » resumpsit, et juxta ritum absolvit ; relicta tamen particula ex hostia a Rutilio consecrata, qua ipsum, advesperascente jam die, et evomitione sedata, communicavit, ut suo participaret sacrificio. De iis omnibus varii varia sensere : majorque circa secundum et tertium eventum contentio efferbuit. Plures enim, multis adductis rationibus, contendebant, utramque missam omittendam fuisse, et Sacramentum in tabernaculo servandum ad diem sequentem : præsertim quod non una eademque actio moralis, ob longam interruptionem, ipsis videbatur. Alii e contra oppositam tuebantur sententiam, verba rubricæ Missalis : « *De defectibus in missa occurrentibus,* » objicientes. Quæritur :

1°. *Num licitum sit missam abrumpere, vel interrumpere : quibusque causis, et limitibus id fieri permittatur ?*

2°. *Quænam regulæ servandæ sint, si casu celebrans intra missam deficiat ; vel ita infirmetur, ut eam perficere nequeat ?*

3°. *Quodnam ergo judicium ferendum sit de Rutilii et Mauri agendi ratione, omnibus perpensis rerum adjunctis, in casu propositis ?*

II.

Die 14 *Decembris* 1881, *hora* 3 *a meridie.*

Armandus Episcopus *in partibus infidelium* et Vicarius Apostolicus in Sinis, dum Romæ, pro Vicariatus sui negotiis expediendis, morabatur, pluries, cum quibusdam varii ritus sacerdotibus, olim in collegio Urbano condiscipulis, de missionum suarum eventibus sermonem instituit. Inter alia narravit de Proculo quodam sacerdote italico, tribus jam ab annis missionarii munus in Vicariatu suo exercente, qui centies illum rogavit ut ostiariatus et acolythatus ordines, saltem sub conditione, ei vellet iterum conferre ; eo quia in sua ordinatione, unica clavis lignea, deaurata quidem, sed ad aperiendum inepta, tradita fuerit ad tangendum : et loco candelabri cum cereo, palmatoria Episcopi ei exhibita fuerit. Numquam huic petitioni acquiescendum esse existimavit Armandus, quin potius, ut scrupulum, omnino spernendam esse judicavit.

Ast inter sacerdotes colloquentes non defuit qui pluribus rationum momentis adductis, pro iteratione ordinationum standum esse acriter contenderet. Hinc non levis controversia ; quæ dum ultro protraheretur, alter ex iis græci ritus exclamavit ; ad quid tam longa et inutilis disquisitio et contentio, cum agatur de ordinibus quorum vix aliquod vestigium primis Ecclesiæ temporibus reperitur ? Hujusmodi verba acriorem valde reddidere quæstionem : propugnantibus ceteris contra græcum existentiam et usum quatuor minorum ordinum a primis Ecclesiæ saeculis, solis græcis lapsu temporis deficientibus. Quæritur :

1°. *Num a priscis Ecclesiæ temporibus quatuor minores ordines conferri et exerceri in usu fuerit, tum apud occidentales cum apud orientales ?*

2°. *Qua ratione conciliari queat utriusque Ecclesiæ discrepantia circa numerum eorumdem ordinum juxta vigentem disciplinam ?*

3°. *Num Proculi ordinatio in ostiarium et acolythum, de qua in casu, valida dicenda sit, nec ne : quidque sentiendum tum de Armandi judicio ; tum de quæstione inter ceteros et græcum ?*

III.

Die 4 Januarii 1882, hora 3 1/4 a meridie.

Cum ex inopinata duorum beneficiatorum morte canonicales eorum præbendæ vacarent, Venerius diœcesis Episcopus, juvenes consanguineos suos, prout in votis semper habuerat, ad easdem promovere curavit : et ut nihil deesset ad canonicam eorumdem institutionem, quantocius clericali tonsura minoribusque ordinibus eos initiari diligentius studuit. Pro sacrorum Apostolorum liminum visitatione, una cum altero ex præfatis juvenibus in Urbe tunc temporis aderat Venerius ; qui fretus verbis Ponticalis Romani : « *Prima Tonsura quocumque die, hora, et loco conferri potest ; et minores Ordines festivis diebus duplicibus, et ubicumque , in mane tamen,* » in ipsa etiam Urbe, ne tempus tereret, consanguineum ad utraque promovere posse judicavit : quod, insequenti die, feria nempe VI post octavam Corporis Christi, in privato domus sacello, sacroque expleto, perfecit. Majori vero ex juvenibus, qui in illustri quodam monasterio, institutionis gratia, commorabatur, datis dimissorialibus litteris, ut ab loci Abbate nullius diœcesis, (qui juribus episcopalibus gaudens, subjectis sibi tonsuram et minores ordines conferre potest,) quantocius ad utraque promoveretur indulsit et jussit. Hæc ad aures canonicorum cathedralis cito pervenerunt : unde non levis momenti controversia ortum habuit, omnibus fere propugnantibus neutrum ex juvenibus ad præbendas adipiscendas idoneum reperiri : majorem quia invalide promotum, alterum quia forte censuris obnoxium. Quæritur :

1°. *Num eadem semper fuerit Ecclesiæ latinæ disciplina circa tempus quo tonsura et ordines minores conferre liceret ?*

2°. *An Episcopo, extra limites diœcesis, subjectos sibi, ad tonsuram et minores ordines promovere umquam liceat : et in casu negativo, num secus faciendo, ipse et ordinati alicui pœnæ ipso facto subjiciantur ?*

3°. *Quo jure quibusque conditionibus Abbatibus regularibus vel nullius diœcesis, facta sit potestas tonsuram et minores ordines conferendi : quidque si limites privilegii transcendant ?*

4°. *Quodnam ergo judicium ferendum sit, tum de Venerii agendi ratione, omnibus perpensis circumstantiis, in casu propositis ; tum de canonicorum sententia circa nullitatem provisionum ?*

IV.

Die 18 *Januarii* 1882, *hora* 3 1/2 *a meridie.*

Paulinus regularis, Episcopus *in partibus infidelium* et in Indiis Vicarius Apostolicus, dum Romæ apud confratres suos ad breve tempus commorabatur, a cœnobii præfecto enixe rogatur, ut tribus communitatis clericis, obtenta jam curiæ ecclesiasticæ venia, clericalem tonsuram, minores ordines, et sacrum subdiaconatus ordinem respective conferre vellet. Non sine animi hæsitatione annuit Paulinus : quoties enim subdiaconatus ordinem alicui conferendum sibi occurrat, non leviter angitur, reminiscens in hujus sacri ordinis susceptione, nedum calicem patenamque dubie consecratam sibi ad tangendum ex errore traditam fuisse ; sed in illa animi perturbatione, patenam quidem, calicis vero cuppam minime tetigisse. Expleta tamen sacra functione, a cæremoniarum magistro comiter inquirit : 1°. qua ratione interdictum initio ordinationis enunciandum omiserit ; et pastoralem baculum numquam sibi in actionis decursu exhibuerit ? 2.° Cur in communicandis clericis ad tonsuram et minores ordines promotis, communem formulam *Corpus Domini etc. custodiat animam tuam etc.* non peculiarem, *custodiat te*, adhibendam innuerit ? Reponit cæremoniarius ad 1.um ex defectu jurisdictionis : ad 2.um quia formula peculiaris in majoribus ordinibus initiatos tantum respicit. Quæritur :

1°. *Num semper in Ecclesia latina et græca Subdiaconatus ordo per traditionem calicis et patenæ collatus fuerit ?*

2°. *Quodnam judicium ferendum de validitate ordinationis Paulini in subdiaconum : et quatenus certe vel dubie invalida fuisset, potuitne ad alios ordines valide et licite promoveri ?*

3°. *Quid dicendum de ceteris quæstionibus a Paulino propositis ; et de cæremoniarii responsionibus, pro sua tuenda agendi ratione, eidem exhibitis ?*

V.

Die 8 Februarii 1882, hora 3 3/4 a meridie.

Dominicus Episcopus ætate jam provectus, et ob nimiam visus debilitatem privilegio missæ votivæ de B. V. tribus jam ab annis ab Apost. Sede dotatus, cum nulla ratione patiatur ab ordinibus conferendis abstinere, quoties ordines etiam majores est collaturus, (id quod in palatii sacello paucis adstantibus perficere solet), eamdem votivam missam legit, addita collecta pro ordinibus conferendis. Cetera vero per cappellanum recitare facit, hac ratione, ut admonitiones iste perlegat suo quidem nomine ; præfationes vero, preces, et formulas, quas memoriter tenet, ipse quidem recitet, sed cum cappellani adjutorio, qui recitationem ipsam, Pontificale Romanum pedetentim mediocri voce percurrendo, comitatur. Accidit autem quod conferens sabbato Pentecostes duobus subdiaconis diaconatus ordinem, post manus impositionem cum respectiva forma, casu e manu clerici inservientis decideret Pontificale; hinc Dominicus aliquantulum perturbatus prosequens præfationem, inscius præterivit subsequentia verba : *Emitte in eos, quæsumus Domine etc.* usque ad punctum : ac dein, in exhibendo simul duobus ordinatis codicem Evangeliorum, loco : *Accipite,* dixit : *Accipe potestatem etc.* Hæc alter ex istis animadvertens, expleta functione, cum canonico cæremoniarum magistro sermonem de iis instituit : qui, re perpensa, nihili ea ad validitatem ordinationis offecisse reponit. Et interrogatus quodnam nocturnum ab Episcopo eis impositum fuisset,

extemplo respondit, nocturnum currentis feriæ, idest sabbati Pentecostes, prout pridie recitaverant. Quæritur :

1°. *Utrum semper eadem servata sit forma sacri ordinis Diaconatus, apud latinos et græcos : et num verba :* Emitte etc. *ad substantiam ejusdem formæ pertineant, nec ne ?*

2°. *Num privilegium quo aliquis Episcopus utitur legendi missam votivam B. V., ad missam quoque ordinationis tum generalis, temporibus nempe a jure statutis, tum particularis, extra tempora, extendatur ?*

3°. *Quid sentiendum de modo quo Dominicus ordinationes perficit ; necnon de facti serie, et de forma adhibita in tradendo Evangeliorum codice neo-diaconis, num ex ea aliquid ad validitatem ordinationis eorum defuisse sit dicendum ?*

VI.

Die 1 Martii 1882, *hora 4 1/4 a meridie.*

Plerique canonici cathedralis ecclesiæ cujusdam iterum iterumque conquæsti sunt cum Leodegario Episcopo, pluribus jam ab annis diœcesim illam gubernante, eo quod solemnes sacrorum ministrorum ordinationes, uno mense decembri reservare contendat ; easque insuper numquam in cathedrali, sed in palatii oratorio paucis adsistentibus, perficere soleat ; posthabitis non levibus utilitatibus, quæ ex hoc tam solemni pioque ritu, in animos tum populi tum ipsorum ordinandorum derivantur. Ast ad utrumque semper reponit Leodegarius, haudquaquam esse alienum, imo valde conforme vetustæ Ecclesiæ disciplinæ, (prout in actis Summorum Pontificum legitur), ordinationes ad hyemalia tempora reservare : idque ex diœcesis parvitate vocationumque deficientia rationabilius reddi : quod si in privato episcopii oratorio ritum hunc explere plerumque constituat, ad id se coactum fuisse præsertim ut pluribus inconvenientibus obviam iretur, jam ab initio sui regiminis frustra reprobatis. Hisce rationibus minime acquiescentibus canonicis, Episcopus ut hujusmodi quæstubus

finem imponeret, promisit aliquoties in posterum desiderio eorum se esse satisfacturum. Hinc in subsequentibus æstivis temporibus, sabbato scilicet Pentecostes, generalem ordinationem solemnem in cathedrali ecclesia explendam indixit. Ast non levis controversia inter canonicos et cæremoniarum magistrum exarsit : hic enim recentes subdiaconum et diaconum ad canendam epistolam ac evangelium respective in solemni missa vocandos esse prætendebat ; e contra canonici administrantes, præferentes usum Basilicæ Lateranensis in generalibus ordinationibus, juri suo nequaquam cedere patiebantur. Quæritur :

1°. *Num olim sacrorum ministrorum ordinationes solo mense decembri celebrari consueverint : et in casu negativo, quandonam, et quanam potissimum ratione, disciplina de ordinationum temporibus statuta fuerit ?*

2°. *An Leodegarii consuetudo circa tempus et locum sacrarum ordinationum, prout in casu, censura notanda sit, inspectis præsertim rationibus, pro ea tuenda, ab eodem productis ?*

3°. *Quid tandem dicendum de cæremoniarii sententia circa cantum epistolæ ac evangelii in solemni missa ordinationis generalis, prout in casu exponitur ?*

VII.

Die 15 Martii 1862, hora 4 1/2 a meridie.

Rochus Vicarius Capitularis tribus jam ab annis cathedralis cujusdam ecclesiæ, enixe rogavit Umbertum Episcopum *in partibus inf.*, qui olim canonicatu ibidem potitus fuerat, ut quoniam illuc advenerat, ordinationem generalem in proximo sabbato *Sitientes* peragere vellet. Perlibenter votis Rochi annuit Umbertus. Ast in prima manuum impositione super caput ordinandorum in presbyteros, canonicus cæremoniarum magister comiter Episcopum admonet, ut manus jugiter extensas teneret, donec super omnes singulatim initiandos impositionem illam ipse et adstantes canonici explevissent. Renuit id facere Umbertus, qui nedum post

unamquamque impositionem manus suas ante pectus conjunxit, sed conjunctas retinuit, usquedum canonici manus singuli suas, ut in moris est, super capita ordinandorum omnes imponerent : tunc extensa dextera rursus super initiandos, orationem : *Oremus fratres etc.* recitavit. Hæc ejus agendi ratio occasionem præbuit non levi contentioni, in aula capitulari, inter canonicos, varii varia opinantes circa unitatem vel multiplicitatem actus impositionis ejusdem : cæremoniarius præsertim, usui qui Romæ obtinet innixus, interruptionem illam inter tactum physicum et secundam dexteræ extensionem, ipsam substantiam actus ambiguam forte reddidisse acriter contra plures tuebatur. Hæc a Rocho cum rescivisset Umbertus, non sine risu canonicorum ac cæremoniarii sententias excepit : et satius esset, subjunxit, ut Pontificalis præscripta accuratius servarentur, quam inutilibus quæstionibus tempus suum tererent. Qua enim ratione, addidit, indumenta ordinandorum, albo relicto, colorem violaceum præferebant? Cur expleto cantu hymni *Veni Creator etc.* cantores tacuerint, etsi sacra manuum unctio ad exitum minime perducta fuisset? Quare diaconus confessionem decantavit ante communionem neo-presbyterorum ; et ne verba : *Corpus Domini nostri etc.* prout de more ipse pronunciarem, dum his sacram particulam tradebam, vetuit cæremoniarius? His interrogationibus nihil aliud quam cathedralis vetustam praxim Rochus opposuit. Quæritur :

1°. *Num impositio manuum presbyterorum sacræ sacerdotum ordinationi adsistentium, semper in usu fuerit in Ecclesia tum latina tum græca ? quaque ratione fieri præscribatur ?*

2°. *Num prima impositio manuum Episcopi quæ fit in silentio ad substantiam ordinationis pertineat ; et unicum actum cum subsequenti dexteræ extensione constituat ; ita ut hanc jugiter extensam Episcopus tenere debeat a prima impositione usque ad integram prolationem formæ nec ne ?*

3°. *Quid ergo sentiendum de tota Umberti agendi ratione ; deque ejusdem animadversionibus in varios a se notatos usus, prout in casu exponitur ?*

VIII.

Die 29 Martii 1882, hora 4 3/4 a meridie.

Habebitur sermo de Passione D. N. Jesu Christi ut Divinum illud, ac ineffabile mysterium, circa quod tota versatur Liturgia, solemniter quotannis recolatur.

IX.

Die 19 Aprilis 1882, hora 5 1/4 a meridie.

In quodam piorum ecclesiasticorum cœtu longa in disquisitione positum fuit, num valide sacerdotio initiatus fuisset Angelus quidam, nuperrime in Sabbati sancti ordinatione ad sacrum illum ordinem promotus. Cum enim in privato seminarii sacello, ob infirmam valetudinem, ordinationem peragere constituisset Episcopus, cæremoniarum magister, solemni cathedralis ecclesiæ functione impeditus, munus suum alteri ex familiaribus Episcopi cappellanis commisit. Hic ex errore nedum vas chrismatis (initio functionis adhibitum pro confirmandis tribus ejusdem seminarii parvulis alumnis) Episcopo exhibuit pro ungendis initiandi manibus, sed ex oblivione vinum quidem, minime vero aliquas aquæ guttas in calicem ab eodem tangendum immisit. Angelus vero in receptione instrumentorum calicem quidem et patenam, sed hostiam nequaquam tetigisse fatetur. Hæc cum quibusdam ex colloquentibus sacerdotibus, consultationis causa, ab Angelo panderentur, occasionem dedere huic disceptationi : in qua etiamsi major eorum pars pro validitate ordinis suscepti conveniret, pro iteratione unctionis et instrumentorum traditionis acriter inter se dissentiebant. Unoquoque in suam, ut mos est, abeunte sententiam, concordi animo quæstionem enucleandam proponunt viro cuidam regulari, sequentibus propositis dubiis :

1°. *Utrum unctio manuum neo-presbyterorum semper in usu fuerit in Ecclesia tum latina tum græca : et quanam ratione fuerit instituta ?*

2°. *Num talis unctio sit ordinationi essentialis : et quid si chrisma loco olei catechumenorum ex errore adhibitum fuerit ?*

3°. *Quid dicendum si in traditione instrumentorum hostia ab initiando minime physice tangatur : vel in calice nil aquæ cum vino immixtum ; aut ex errore, aqua cum aliquibus vini guttis immissa fuerit?*

4°. *Quidnam ergo consilii capiendum circa Angeli ordinationem, omnibus perpensis circumstantiis, in casu expositis?*

X.

Die 10 *Maii* 1882, *hora* 5 1/2 *a meridie.*

Attilius sacrista metropolitanæ cujusdam ecclesiæ, suo jam diu viduatæ pastore, navans operam in iis parandis, quæ necessaria erant sacræ ordinationi sex presbyterorum, subsequenti die ab Ermanno Episcopo finitimæ diœcesis peragendæ, enixe rogatur a Victore ecclesiæ confraternitatis cappellano, ut functione expleta, Episcopum, infra diem discessurum, comiter induceret ad consecrandum novum calicem sibi suæque ecclesiæ valde necessarium. Ægre assensit Attilius ; qui accepto calice, super abacum inconsiderate illum deponens, aliis rebus curisque dein abstractus, ejus penitus obliviscitur. Die insequenti cæremoniarum magister qui rem ignoraverat, calice illo haud dubitanter in traditione instrumentorum utitur. Hæc inexplorata remanserant usquedum Attilius rebus reponendis, post functionem, intentus, super calicis patenam hostiam majorem invenit ; et naturali instinctu semota patena, in ejus cuppam vinum infusum fuisse reperit. Statim, absque ulla difficultate conjiciens errorem, haud levi mentis perturbatione percellitur. Nesciens vero quid sibi consilii capiendum, veritus præsertim cæremoniarii et canonicorum graves objurgationes, post longam hæsitationem sibi animo effinxit, defectum consecrationis calicis illicitam quidem, sed minime invalidam reddidisse neopresbyterorum ordinationem, prout illicitam sed non invalidam redderet missæ celebrationem : eoque vel magis quod et per eorumdem instrumentorum traditionem, potestas utique sacrificandi explicite demonstretur, et Ecclesia græca illa numquam usa fuerit. Hinc satius duxit rem

dissimulare ac silentio præterire. Ast paulo post exercitiis spiritualibus vacans, conscientiæ stimulis exagitatus, rem totam confessario pandit : qui illum adegit Vicario Capitulari eventum patefacere, ut errori tempestive mederetur. Hic, re cognita, neopresbyteros statim ad Episcopum remisit, qui summo mane in privato Episcopii sacello missam celebrans, post graduale, traditionem instrumentorum cum iisdem, solo superpelliceo indutis, iteravit. Quæritur :

1°. *Utrum semper in Ecclesia latina traditio calicis et patenæ cum respectiva materia sacrificii, in initiandis sacerdotibus adhibita fuerit nec ne : et an hoc aliquando in more fuerit apud græcos ?*

2°. *Num invalida sit ordinatio quoties vel hujusmodi traditio omittatur ; vel fiat quidem sed absque materia sacrificii ; vel vasa non consecrata, aut non apta v. g. fracta, suspensa, vel ineptæ materiei forte adhibeantur ?*

3°. *Num in iteratione omissorum Episcopus et neo-ordinati iisdem ac in ordinatione indumentis, et ceteris, uti debeant ; illudque quocumque die perfici queat, vel tempora a jure statuta sint expectanda, absque Sedis Apostolicæ venia ?*

4°. *Quid tandem dicendum de tota facti serie, in casu exposita ; deque Episcopi agendi ratione in repetendis omissis ?*

XI.

Die 31 *Maii* 1882, *hora* 6 *a meridie.*

Titus diaconus natalium splendore quidem conspicuus, sed phthisi laborans, cum ad sacrum presbyteratus ordinem esset extra tempora promovendus, Ordinarium suum, ætate jam provectum, enixe rogavit ut in sacello palatii gentilitii, in gratiam aviæ diuturna paralysi affectæ, functionem vellet explere. Annuens perlibenter Episcopus, indicta die una cum suo cæremoniario et cappellanis ad oratorium Titi accedit, ubi, omnibus splendide ac sumptuose paratis ac dispositis, plurimisque ex parentibus et amicis etiam ecclesiasticis adsistentibus, sacrum ritum incœpit. Jamque feliciter ad hostiæ consecrationem progressus fuerat,

quando in actu elevationis hostiæ gravi tussis impulsu Titus percellitur, cui copiosa sanguinis evomitio succedit. Adstantibus ei opem ferentibus, Episcopus aliquantisper divinam actionem suspendit; sed certior factus a cæremoniario nulla ratione Titum rem sacram hic et nunc fore prosequuturum, ultra procedit ad consecrationem et elevationem calicis, qua peracta sistit. Vix post sesquihoram evomitio sedata fuit ; at ne verbum quidem promere poterat quin in novæ evomitionis periculum incideret ; unde Episcopus satius duxit sacrum continuare et perficere. Attamen post hostiæ sumptionem, fragmentis colligendis intentus, animadvertit ex oblivione particulam pro neo-presbytero haudquaquam consecrasse : extemplo, parvo cochleari petito, particulam jam de more in calice immissam extrahit, eamque Tito exhibet, ut suo participaret sacrificio. Ex tot inopinatis eventibus, etsi tranquilitatem animi servaret Episcopus, non potuit quin aliquantisper mente abstraheretur : unde post recitationem symboli, ab altero ex cappellanis nomine Titi factam, in postrema manuum super caput istius impositione, inadvertenter dixit : *Accipe Spiritum Sanctum, quorum retinueris peccata, remittentur eis etc.* Hæc omnia amplam questionum segetem ecclesiasticis sacræ functioni adsistentibus præbuere, quin unquam per aliquam conciliativam sententiam componi potuerint. Quæritur :

1°. *Num semper neo-presbyteri in sua ordinatione cum Episcopo concelebraverint : idque ad essentiam ejusdem ritus pertinere dicendum sit ?*

2°. *Quid facto opus si alter ex neo-presbyteris in eodem actu ita morbo afficiatur, ut sacrum perficere nequeat ?*

3°. *Num ultima manuum impositio cum sua forma* Accipe Spiritum Sanctum etc. *semper adhibita fuerit in hac ordinatione : quidque si ex errore vel inadvertentia alteretur, vel mutiletur ?*

4°. *Quid ergo dicendum de Episcopi consilio circa abruptionem missæ ex parte Titi, et cetera in casu proposita : et num aliquid desit validitati ordinationis ejusdem Titi ?*

XII.

Die 14 Junii 1882, hora 6 1/4 a meridie.

Canonici perillustris cujusdam ecclesiæ metropolitanæ, quæ post diuturnam viduitatem novo tandem ditata fuerat pastore, enixe hunc rogarunt, ut proximis Pentecostes temporibus, in eadem metropolitana ecclesia, generalem sacrorum ministrorum ordinationem, majori qua posset solemnitate, celebrare vellet. Eorum votis perlibenter annuit Archiepiscopus ; et sacra actio magno apparatu, et inusitata populi frequentia, nec minori ordinatorum eorumque parentum lætitia persoluta fuit. Subsequenti die cum de eadem colloquerentur quidam ecclesiastici ac regulares loci, non una ratione alter ex eis sacræ functionis exequutionem reprehensione dignam existimavit. Præterquamquod enim nullus ex initiandis ad altare accedentibus, unquam, ne ad offertorium quidem, cereum accensum præ manibus gestare visus fuisset, iidem, infra actionem, haudquaquam per curiæ archiepiscopalis notarium, sed ab altero ex clericis altari inservientibus vocabantur. Nec minori censura notavit, solos canonicos paratos, minime vero ceteros sacerdotes mansionarios, actioni præsentes ad imponendas manus super capita neopresbyterorum a cæremoniarum magistro advocatos fuisse : nec non omissionem purificationis ordinatorum in sacris, communione peracta ; et quod neopresbyteri cum ordinante, precationem illam : *Placeat tibi etc.* in fine missæ recitaverint : quæ omnia rubricis Pontificalis minus consona sibi videbantur. Ceteri vero usum plurium cathedralium præferentes, illa tollerari posse ultro sentiebant. Quæritur :

1°. *Quibusnam rationibus mos ille gestandi cereum accensum ab ordinandis, vel cui vetustæ disciplinæ documento innitatur : quidque sentiendum de consuetudine contraria rubricis hac in re præscriptis a Romano Pontificali ?*

2°. *Quid vero dicendum circa reliqua in casu proposita ; num scilicet ea Romani Pontificalis præscriptionibus adversentur, nec ne ; ac in praxi tuto deduci valeant ?*

XIII.

Die 5 *Julii* 1882, *hora* 6 1/4 *a meridie.*

Dum magno apparatu et populi frequentia in metropolitana quadam ecclesia Cæsarius ab Aurelio Archiepiscopo consecraretur Episcopus, accidit, ut post unctionem capitis alter ex Episcopis adsistentibus, senio et infirmitatibus jamdiu confectus, violenta apoplexia perculsus fuisset. Eo in proximas archiepiscopales ædes delato, Aurelius sacram actionem prosequitur ; ast cum tempus adfuit tradendi codicem Evangeliorum consecrando, comperit super ejus scapulas Pontificale Romanum pro Missali, ex errore, ab initio impositum fuisse. Res inopinata non leviter commovit Archiepiscopum, in sacris exequendis ritibus accuratissimum, sed statim a cæremoniarum magistro animus ei additus est, eo præcipue quod (ut omnibus perspectum est) admonitiones, quæ ex Pontificali fiunt initiandis, plerumque ex Evangeliis depromantur. Attamen relicto Pontificali et accepto codice Evangeliorum, hic de more Cæsario traditus est cum præscripta forma : *Accipe etc.* Solemni expleto ritu, et cum Archiepiscopus ceterique inde discessissent, non levis controversia exoritur inter canonicos contra cæremoniarum magistrum circa validitatem consecrationis Cæsarii. Quidam enim pluribus argumentis contendebant absentia alterius ex Episcopis adsistentibus, dum manus electi sacro ungebantur chrismate, eique Evangelii volumen tradebatur, dubiam saltem consecrationem evasisse ; unde actus hujusmodi iterandos esse, saltem sub conditione, autumabant : alii e contra, ob inopinatum casum, Ecclesiæ mentem benigne interpretantes, ex alio capite potius, scilicet ex impositione Pontificalis super cervicem scapulasque electi, eam defecisse judicabant. Cum unusquisque in suam abiret sententiam, demum communi calculo ab altero ex apostolicarum cæremoniarum magistris, hac super re, sententiam exposcere statuerunt, hisce propositis dubiis :

1°. *Num semper plurium Antistitum præsentia in consecrandis electis ad episcopatum, apud latinos et græcos necessario requisita fuerit ?*

2°. *Utrum ritus imponendi super electorum caput Evangeliorum codicem, vetus sit; et ad essentialem episcopalis consecrationis materiam spectet?*

On nous demande de différents côtés de publier la feuille des indulgences attachées aux objets bénits par le Souverain Pontife, ou par ceux à qui il a accordé ce pouvoir. Nous faisons droit à ce désir de nos abonnés, en les prévenant toutefois que quoique la feuille porte l'aprobation de Pie IX, elle n'a point subi de changement depuis l'avènement de S. S. Léon XIII, de sorte que ce sont les mêmes principes et indulgences qui sont encore en vigueur.

INDULGENCES QUE NOTRE SAINT PÈRE LE PAPE PIE IX ACCORDE AUX FIDÈLES QUI RETENANT PAR DEVERS EUX QUELQUE CHAPELET, ROSAIRE, CROIX, CRUCIFIX, STATUETTE, OU MÉDAILLE QU'IL A BÉNITS, ACCOMPLIRONT LES OEUVRES INDIQUÉES CI-APRÈS.

1° Tous les fidèles de l'un et de l'autre sexe sont prévenus que, pour gagner les indulgences dont Sa Sainteté Pie IX enrichit, par sa bénédiction apostolique, les chapelets, rosaires, croix, crucifix, statuettes et médailles, il est nécessaire de porter sur soi, ou de conserver chez soi l'un de ces objets.

2° Les oraisons ou pieuses prières indiquées ci-après comme conditions requises pour gagner des indulgences, devront être récitées en portant sur soi quelqu'un de ces chapelets, crucifix, etc. Si on ne les porte pas sur soi, on devra les avoir dans sa chambre, ou dans un autre endroit convenable de la maison qu'on habite, et réciter devant eux les dites prières.

3° De plus, Sa Sainteté n'admet point à cet effet les images imprimées ou peintes, ni les croix, crucifix, statuettes et médailles d'étain, de plomb, ni d'une autre matière fragile ou peu durable. Elle admet cependant, à l'effet ci-dessus, les objets de fer, quoique prohibés jusqu'à ce jour.

4° Le Saint-Père veut, en outre, que les effigies soient de Saints canonisés, ou inscrits au Martyrologe Romain[1].

Ces avertissements une fois donnés pour plus de clarté, voici maintenant le sommaire des indulgences que peuvent gagner les personnes qui retiennent par devers elles quelqu'un des objets que nous avons indiqués, et les œuvres pies qu'elles doivent pratiquer.

Quiconque récitera, au moins une fois la semaine, le chapelet de Notre Seigneur, ou celui de la sainte Vierge, ou le Rosaire, ou la troisième partie du Rosaire, ou l'Office divin, ou celui de la sainte Vierge, ou celui des Morts, ou les sept Psaumes de la pénitence, ou les Psaumes graduels, ou sera dans l'habitude d'enseigner la doctrine chrétienne, ou de visiter les prisonniers, ou les malades de quelque hôpital, ou de secourir les pauvres, ou d'assister à la Messe, ou de la dire, s'il est prêtre, gagnera une INDULGENCE PLÉNIÈRE chacun des jours suivants, pourvu que, s'étant repenti de ses fautes et les ayant confessées à un prêtre approuvé de l'Ordinaire, il fasse la communion, prie dévotement Dieu pour l'extirpation des hérésies et des schismes, pour la propagation de la foi catholique, pour la paix et la concorde entre les princes chrétiens, et pour les autres besoins de la sainte Église Romaine.

Ces jours sont : les fêtes de Noël, de l'Épiphanie, de Pâques,

(1) Il suffit cependant que l'image d'un Saint canonisé, ou inscrit au Martyrologe, se trouve d'un côté de la médaille ; l'autre côté peut porter celle d'un bienheureux, ainsi que l'a décidé la S. Congrégation des Indulgences, dans les termes suivants :

I° An attentis verbis expressis in formula Indulgentiarum, quas sanctissimus Dominus Noster numismatibus concedit, Indulgentiæ applicentur illis numismatibus quæ duplicem imaginem : *Sancti* et *Beati* præseferunt ?

Et quatenus negative :

2° Qua ratione in posterum sit consulendum, ne ullus hac in re abusus possit irrepere ?

Sacra Congregatio die 22 decembris 1710 respondit :

Ad I. Affirmative.

Ad II. Provisum in primo.

de l'Ascension, de la Pentecôte, de la très sainte Trinité, du Saint Sacrement, de la Purification, de l'Annonciation, de l'Assomption, de la Nativité, et de la Conception de la bienheureuse Vierge Marie, de la naissance de saint Jean-Baptiste, des saints Apôtres Pierre et Paul, André, Jacques, Jean, Thomas, Philippe et Jacques, Barthélemi, Matthieu, Simon et Jude, Mathias, de saint Joseph, époux de la sainte Vierge, et de la Toussaint.

Celui qui fera les mêmes œuvres, aux autres fêtes de Notre Seigneur et de la bienheureuse Vierge Marie, gagnera, chacun de ces jours, UNE INDULGENCE DE SEPT ANNÉES ET SEPT QUARANTAINES.

Celui qui les accomplira un dimanche ou une fête quelconque de l'année, gagnera, chaque fois, CINQ ANNÉES ET AUTANT DE QUARANTAINES D'INDULGENGE.

Celui qui les accomplira un autre jour quelconque de l'année gagnera pareillement chaque fois, CENT JOURS D'INDULGENCE.

De plus, celui qui sera dans l'usage de réciter au moins une fois la semaine le Chapelet, ou le Rosaire, ou l'Office de la sainte Vierge, ou celui des Morts, ou les Vêpres, ou un Nocturne avec Laudes, ou les sept Psaumes de la pénitence avec les Litanies et les prières qui suivent, gagnera chaque fois CENT JOURS D'INDULGENCE.

Tout fidèle qui, à l'article de la mort, recommandera dévotement son âme à Dieu, et qui, suivant l'instruction que nous donne Benoît XIV, d'heureuse mémoire, dans sa Constitution *Pia Mater*, du 5 avril 1747, sera disposé à recevoir la mort avec résignation, des mains du Seigneur, gagnera une INDULGENCE PLÉNIÈRE, pourvu que, véritablement contrit, il se confesse et communie ; et, dans l'impossibilité où il serait de faire ces actes, pourvu qu'étant au moins contrit, il invoque de cœur, s'il ne peut le faire par la bouche, le très saint nom de Jésus.

Celui qui fera une prière préparatoire quelconque avant la célébration de la Messe, ou avant la communion, ou avant la récitation de l'Office divin, ou de l'Office de la sainte Vierge, gagnera, chaque fois, CINQUANTE JOURS D'INDULGENCE.

Celui qui visitera les prisonniers, ou les malades dans les hôpitaux, les secourant au moyen de quelque œuvre pie, ou qui enseignera la doctrine chrétienne à l'église, ou dans sa maison, à ses enfants, parents et domestiques, gagnera, chaque fois, DEUX CENTS JOURS D'INDULGENCE.

Celui qui, au son de la cloche de quelque église, le matin, à midi ou le soir, récitera la prière ordinaire : *Angelus Domini*, ou, ne la sachant pas, un *Pater noster*, et un *Ave Maria*, ou qui, au signal de la cloche donné pour les morts, une heure après le commencement de la nuit, récitera le psaume *De profundis*, ou, ne le sachant pas, un *Pater noster* et un *Ave Maria*, gagnera CENT JOURS D'INDULGENCE.

Quiconque, le vendredi, pensera avec dévotion à la Passion et à la mort du divin Rédempteur, et récitera trois *Pater noster* et trois *Ave Maria*, gagnera CENT JOURS D'INDULGENCE.

Quiconque, véritablement contrit de ses péchés, fera l'examen de conscience avec le ferme propos de se corriger, et récitera dévotement trois fois le *Pater noster* et l'*Ave Maria* en l'honneur de la très sainte Trinité, ou cinq fois le *Pater noster* et l'*Ave Maria*, en mémoire des cinq plaies de Notre-Seigneur Jésus-Christ, gagnera CENT JOURS D'INDULGENCE.

Quiconque priera avec dévotion pour les fidèles agonisants, ou récitera au moins pour eux un *Pater noster* et un *Ave Maria*, gagnera CINQUANTE JOURS D'INDULGENCE.

Sa Sainteté veut que toutes les indulgences susdites puissent être gagnées pour soi-même, ou être appliquées, par manière de suffrage, aux âmes du purgatoire.

Sa Sainteté déclare, en outre, que par la concession des Indulgences susdites, elle n'entend déroger en aucune manière aux indulgences déjà accordées par plusieurs Papes ses prédécesseurs, à quelques œuvres pies précédemment indiquées ; mais qu'Elle les laisse toutes dans leur pleine vigueur.

Sa Sainteté veut aussi qu'on observe le Décret d'Alexandre VII, d'heureuse mémoire, du 6 février 1657, relatif à la distribution et à l'usage des chapelets, rosaires, etc. bénits comme plus haut.

Ainsi, les indulgences qui y sont attachées ne s'étendent qu'à ceux auxquels ces objets ont été accordés, ou aux personnes auxquelles ceux-ci les auront distribués pour la première fois ; et si l'un de ces objets vient à se perdre, on ne peut point lui en substituer arbitrairement un autre, nonobstant toute concession ou tout privilège contraire.

Ainsi on ne peut point les prêter ou les donner à d'autres précairement, à l'effet de leur communiquer les indulgences ; autrement ils en restent privés.

De même aussi, une fois que ces objets ont reçu la bénédiction papale, on ne peut plus les vendre, suivant le Décret de la Sacrée Congrégation des Indulgences daté du 5 juin 1721.

Sa Sainteté confirme pareillement le Décret de Benoît XIV, de sainte mémoire, du 9 août 1752, par lequel il est expressément déclaré que les crucifix, médailles, etc., bénits comme plus haut, n'étendent point le privilège aux messes célébrées à l'autel où on les a placés, ni à celles dites par un prêtre qui les porte sur soi.

Il est défendu également à tous ceux qui assistent les moribonds, de leur donner au moyen de ces crucifix la bénédiction avec l'indulgence *in articulo mortis*, sans une faculté spéciale obtenue par écrit ; car Benoît XIV y a suffisamment pourvu, dans la Constitution *Pia Mater* déjà citée.

Sa Sainteté, finalement, veut et ordonne ce qui suit : que le présent catalogue d'Indulgences, qui vient d'être revu et corrigé, pourra être imprimé pour la plus grande commodité des fidèles, non seulement en langue latine et italienne, mais encore dans une autre langue quelconque, pourvu que les versions en soient approuvées par le Saint Siège ou par la sacrée Congrégation des Indulgences ; mais il ne faut pas oublier que ces versions doivent avoir la dite approbation, lors même qu'elles seraient imprimées hors de Rome. Nonobstant tout décret, toute constitution ou toute disposition contraires, qui mériteraient même une mention spéciale.

Die 29 aprilis 1870.

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, præsens Summarium gallico idiomate exaratum, revisum atque probatum, in posterum uti authenticum habendum esse censuit.

Datum Romæ ex Secret. ejusdem S. Congreg. Indulgentiarum.

A. CARD. BIZZARRI, PRÆFECTUS.

L. † S.

Le 8 janvier 1878, la S. Congrégation des Indulgences a de nouveau approuvé ce catalogue inséré dans le *Raccolta*, ou *Recueil de prières et d'œuvres pies etc.* publié par ordre de Pie IX.

A la suite de ce sommaire, le Recueil susdit ajoute :

CROIX, ROSAIRES ET CHAPELETS DE TERRE SAINTE.

Toutes les Indulgences mentionnées dans ce sommaire, peuvent être gagnées par tous les fidèles, qui ont sur eux quelque croix, ou chapelet, ou rosaire qui ait touché seulement les Lieux-Saints et les Reliques sacrées de la Terre Sainte. Cette concession a été faite par le vén. Pontife Innocent IX, par son Bref : *Unigeniti Dei Filii*, du 28 janvier 1688, et fut confirmée par Innocent XIII, par un Décret de la S. Congrégation des Indulgences, du 5 juin 1721, avec défense de vendre ces croix ou chapelets, etc., après qu'ils ont touché les Saintes Reliques, ou de les changer contre d'autres marchandises, ou de les prêter à d'autres avec intention de leur faire gagner les indulgences. Tout ceci résulte des Décrets de la susdite Sacrée Congrégation du 11 mars 1721 et du 11 février 1722.

QUÆSTIO LITURGICO-MORALIS.

Quæritur: Utrum satisfaciant obligationi recitandi officium divinum Prælatus pontificaliter celebraturus, dum tempore horæ canonicæ legit præparationem ad Missam et induit paramenta? Item Diaconi assistentes, qui ad præparationem illi alternatim respondent et postea sacras vestes assumunt? Deinde Capellani, qui in prædictis Prælato ministrant? Porro Diaconus et Subdiaconus, qui Prælatum sacris indumentis parant? Demum Cæremoniarius, dum Prælato ministrat vel necessaria disponit? — An teneantur repetere omissa?

Respondendum censeo: Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Prænotandum videtur, hucusque de casu tam sæpe occurrenti neminem (quantum scio) quæstionem movisse tam inter veteres quam recentiores Rubricistas et librorum liturgicorum Commentatores; ideoque ad generales regulas theologiæ moralis et ad deductiones ex natura rei recurrendum esse primo in generali, secundo in casu particulari.

I. Juxta communem theologorum sententiam tria sunt genera personarum, quæ sub gravi obligantur ad quotidianam (vel publicam vel privatam) Officii divini recitationem : scilicet Religiosos et Moniales ad chorum professos, ratione professionis solemnis; Clericos in majoribus constitutos, ratione ordinis sacri; Beneficiarios ratione beneficii. « Obligatio, *ait P. Antoine*, in Clericis non beneficiatis et Religiosis ac Monialibus recitandi etiam privatim, si in choro non recitaverint, oritur præsertim ex antiqua et universali Ecclesiæ consuetudine vim legis habente et fundata in

« eorum statu ad Dei cultum instituto, et constat ex communi « usu et consensu totius Ecclesiæ, ut docet Suarez. » Et post pauca addit : « Omnes Beneficiarii non solum ex religione, « ut supradicti, sed etiam ex justitia (scil. obligantur), quia sub « hoc onere beneficium eis collatum est et ab eis acceptatum[1]. »

Ergo Religiosi, Moniales et Clerici non beneficiarii omittentes partem notabilem Officii divini per se graviter peccant, Beneficiarii autem insuper tenentur ad restitutionem, nec, si choro addicti sunt, recipere possunt distributiones quotidianas, quæ obveniunt iis, qui choro assistunt.

Constat autem ex communi sententia : illos, qui in choro in rebus ad Officium pertinentibus occupantur, satisfacere non solum obligationi assistendi choro ratione beneficii, verum etiam obligationi recitandi Officium ratione ordinis vel professionis.

En verba Lucii Ferraris : « Qui inter publicam horarum « canonicarum recitationem ex officio vel Superioris mandato « occupantur in parandis libris, prævidendis Antiphonis, seu « Lectionibus, in pulsandis organis[2], in thurificandis altari-

(1) *Theologia moralis*, De virtut. Relig. Cap. I, Quæst. III, Resp. 2 et 3.

(2) Quoad canonicos qui organa pulsant, S. Congregatio Concilii, pluries interrogata, respondit eos distributiones non lucrari, si ob organorum pulsationem stipendium recipiant. Sic 15 nov. 1659, in S. Severini : « An prædictus canonicus sit punctandus ob ejus a choro absentiam, vel potius ejus interessentia in organis pro servitio ecclesiæ sit reputanda ad effectum percipiendi distributiones? Sacra Congregatio respondit : Gaudere, si stipendium pro musica non recipiat. » Lib. XXI *Decretor.* pag. 802. Idem iterum declaravit die 11 julii 1671, lib. XXVII *Decretor.*, pag. 144 ; et die 6 maii 1741, *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. X, pag. 25 et 86. Cf. Ferentina, 7 junii 1760, *ibid.*, tom. XXIX, pag. 125; Terracinen, 28 aprilis 1770, *ibid.*, tom. XXXIX, pag. 148 et 155. — V. Pallottini, *Collectio omnium conclusionum et resolutionum S. Congregationis Concilii, V Canonici*, § VII,

« bus, in sonandis campanis et hujusmodi, non tenentur repe-
« tere ea, quæ alii, ipsis non audientibus, canunt seu recitant,
« quia chorus, cui inserviunt, supplet pro ipsis. Communis [1].»

Eadem S. Alphonsus, perpensis pluribus hinc inde auctorum sententiis, docet : « Notandum 3, quod in choro non « tenentur omissa supplere ii, qui, dum alii cantant, parant « aut transferunt libros, perquirunt psalmos, pulsant organa[2] « aut campanas, vel alia choro necessaria peragunt; tunc « enim per socios suppletur, quod ipsi forte non satis perci- « piunt. Ita communiter cum Bus. infra n. 156; Azor. lib. « 10, c. 13, q. 2; Salm. tr. 16, cap. 1, p. 3, n. 19; Anacl. p. « 197, n. 52; Laym. c. 5, n. 7, cum Sot. Sylvest. et Henr. ac « Croix, lib. 4, n. 1300, cum Valent. Reg. Escob. et Gobat,

n. 151-163. Ex quibus patet non simpliciter et crude admittendas esse circa hoc punctum Auctorum opiniones ac placita.

(*Note de la Rédaction*).

(1) *Bibliotheca cononica*, V. *Officium divinum*, Art. III, n. 18.

(2) Infra tamen S. Doctor requirit ut ille qui organum pulsat versiculum suæ partis recitet. En ipsius verba : « Laymann notat idem docere Sotum, Navar. Arag. et Rodr. de eo, qui choro alternatim respondet organum pulsando, quin versiculum suæ partis proferat : sed huic non acquiesco, cum recte doceat Bonacina, l. c. cum Molfes. officium tunc integre non recitari, quia organum verba non profert. » *Loc. inf. cit.*

Notabimus Bonacinam paulo aliter sentire; ait enim hujusmodi « non « satisfacere simpliciter obligationi divini Officii, nisi illud postea reci- « tent, vel saltem *nisi attendant ad ea, quæ interim recitantur*. Ratio « est, quia non dicitur recitare divinum officium, qui verba divini Officii « non profert, vel ad illa non attendit. » *Tractatus de horis canonicis*, Disp. I, quæst. II, punct. II, n. 13.

Navarrus quoque ait : « Ego autem non fui ausus extendere tantum, « tametsi non auderem eos ob omissam suppletionem arguere peccati, « quin et rationi satis consonum videtur id quod ille (Sotus) subdit : « nempe illum, qui organorum pulsu choro respondet, excusari a reci- « tanda antiphona vel alia parte, quam organus pulsat. » *Enchiridion sive Manuale de oratione et horis canonicis*, cap. XXI, n. 15.

(*Note de la Rédaction*).

« contra Pal. p. 4, n. 7; Bonac. p. 2, § 1, n. 13, cum Navarr. « Vasq. Sa, Fill. etc. qui dicunt, hos satisfacere quidem assi- « stentiæ chori quoad distributiones lucrandas, sed teneri ad « supplendum, si non attenderint ad ea, quæ interim sunt « recitata. Et idem sentit Holzm. pag. 448, n. 471, qui « tamen excusat, si modica sit materia, puta quæ ad inte- « grum Psalmum non pertingat. Sed satis probabilis est « prima sententia, eo quod, dum aliquis occupatur in rebus « ad Officii celebritatem pertinentibus, totus chorus pro eo « supplet; prout qui Missæ inservit, censetur eam audire, « dum in re necessaria paranda attendit ut dicunt Tolet. « etc.[1] »

Et infra enumerando causas, quæ excusant a recitatione horarum, n. 156, ponit secundo loco : « Justum impedimentum, » ex quo excusantur Sacerdotes, « qui occupantur tota die in officiis religionis aut charitatis, quæ sine scandalo etc.» Deinde de verbo ad verbum adjungit sententiam Busenbaum (lib. 4, c. 2, dub. 2, art. 3, resp. 2): « Ex hoc capite dicunt etiam « aliqui, non teneri te repetere, quod neglexisti (nec recitando, « nec audiendo), dum thurificando ad *Magnificat* vel *Benedictus*, « vel libros necessarios circumferendo, vel Lectionem mox can- « tandam prævidendo, vel alia in choro necessaria peragendo « occupatus fuisti, quia chorus totus pro eo, qui in re ad officii « celebritatem pertinente occupatur, videtur supplere, et non « tantum suo, sed etiam aliorum ministrantium nomine « recitare aut canere. Ita Laym. l. 4, tr. 1, c. 5, n. 7; Henr. « Sylv. Azor, Sot. Molf. Arag. Regin. citati a Diana p. 2, t. 12, res. 8, etc. » Et in fine remittit ad supradicta (n. 143, vers. Notandum 3).

(1) *Theologia moralis*, lib. v, n. 143.

Sententiæ S. Alphonsi adhærent recentiores : DAnnibal[1], Gury[2], Scavini[3], et Konings[4].

Hisce Auctorum argumentis inspectis omnino rejicienda mihi videtur sententia, quam proponit cl. De Herdt his verbis : « Notandum est, illos, qui infra Officium in choro parant « aut transferunt libros, perquirunt Psalmos, pulsant organa « vel campanas, vel alia choro necessaria peragunt, item qui « altaria thurificant, se parant ad Missam conventualem cele- « brandam etc. non teneri omissa supplere[5] ; eo quod dum « aliquis occupatur in rebus ad Officium pertinentibus, totus « chorus pro eo supplet. Hoc tamen limitandum est ad obliga- « tionem choralem, nam si quis ex ordine sacro ad Officium « sit obligatus, huic obligationi non satisfacit, et ex hoc « titulo omissa per se supplere tenetur[6]. »

Contra hanc sententiam plura sunt notanda :

1° De Herdt regulæ perspicuæ et generali limitationem apposuit, nullis adductis ex probatis Auctoribus argumentis ; itaque a sententia communi quasi singularis videtur recedere.

2° Si Auctor, *obligationem choralem* opponens obligationi *ex ordine sacro*, in præcedenti suà sententia loqui voluit tantum de Choristis ordine sacro non initiatis, certe inepte apposuit : « qui altaria thurificant, se parant ad celebran-

(1) *Summula Theologiæ moralis*, part. III, n. 502.

(2) *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, n. 55, quær. 7.

(3) *Theologia moralis universa*, lib. II, n. 206, edit. 12.

(4) *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 1096, quær. 7°.

(5) Alph. de Lig. *Theol. mor.*, lib. IV, n. 143, not. 3 ; Luc. Ferr. *Offic. divin.* art. III, n. 18; Scarfantoni, *Lucubrat. canonic.*, lib. II, titul. VII, n. 5-8.

(6) *Praxis Pontificalis*, lib. I, n. 243, in fine. Eadem habet ejusdem Auctoris *Praxis Capitularis*, cap. XXVI, § V, n. I, pag. 281.

dam Missam conventualem, » — munera, quæ solis Sacerdotibus conveniunt.

Si vero prædicta distinctione dividere voluit obligationem Beneficiariorum contra obligationem non Beneficiariorum, præcedens sententia limitata falsa mihi videtur ; nam

a) Aut Beneficiarii non sunt sacris initiati, et tunc, sicut Sacerdotes non beneficiarii, imo majori videntur obligatione teneri supplere omissa. Sacerdos enim (qua talis) obligatur ex religione, Beneficiarius autem ex justitia [1].

b) Aut Beneficiarii sunt Sacerdotes, et tunc duplici obligatione obstringuntur supplere.

3° Nec Ferraris, nec S. Alphonsus cum sequentibus sententiam suam ullo modo limitant ad obligationem choralem, ut ex textu supra citato patet ; imo S. Alphonsus verbis expressis rejicit limitationem eorum, « qui dicunt, hos satisfacere quidem assistentiæ chori quoad distributiones lucrandas, sed teneri ad supplendum [2]... »

4° Sine ulla limitatione (juxta mentem D. De Herdt) prædicta regula traditur Clericis ordinandis in seminariis Parisiensi, Namurcensi, Herbipolensi, Œnipontensi, aliisque.

5° Imo Ballerini regulam S. Alphonsi in annotatione sua ad Gury extendere non dubitat : « Valere hæc debent etiam in privata plurium simul recitatione [3]. »

II. Jam ad casum propositum propius accedendum est, quem forte attendit Scavini l. c. dicens : « Si, cum alii cantant, ipsi se parant ad celebrandum, » et cl. De Herdt : « se parant ad Missam conventualem celebrandam. »

Ex præscripto Cæremonialis Episcoporum, quandocumque Episcopus Missam solemnem est celebraturus in propria ec-

(1) P. Antoine, *loc. cit.*
(2) *Loc. cit.*, n. 143.
(3) Tom. II, pag. 40, not. (a).

clesia, tali Missæ (excepta Missa Defunctorum) hora canonica juxta rubricas Missalis conveniens immediate est præmittenda, eaque ab ipso Pontifice inchoanda et terminanda [1]. Tempore autem, quo in choro cantantur Psalmi talis horæ, Episcopus sedens legit ex libro Psalmos præparationis, alternatim respondentibus Diaconis assistentibus, excepto Sabbato sancto [2]. Ibi sic habetur: « n. 5... Episcopus surgit et « stans capite detecto versus altare dicet secreto totum « *Pater noster* et *Ave Maria*. Tum faciens sibi crucis si- « gnum... altiori voce incipit horam Tertiam, dicens : *Deus* « *in adjutorium etc.*, choro prosequente... n. 6... Incœpto « Psalmo : *Legem pone mihi Domine etc.*, Episcopus se- « debit. n. 7... Episcopus vero «sedens legit Antiphonam : *Ne* « *reminiscaris etc.* et Psalmos consuetos, duobus canonicis « sibi a lateribus assistentibus... alternatim respondentibus... « n. 16. Tunc Episcopus surgit cum mitra... versa facie ad... « cantantem capitulum... n. 18... finito Responsorio, Episco- « pus cantat in tono festivo : *Dominus vobiscum* et oratio- « nem [3]... »

In festivitatibus et Dominicis extra Adventum et Quadragesimam finita præparatione, Episcopus induit vestes sacras cum pluviali et mitra et sic paratus absolvit horam [4].

Unde autem et ex quo tempore invaluerit usus, ante Missam Pontificalem solemniter inchoandi horam Tertiam vel aliam convenientem, et interim legendi Psalmos præparato-

(1) Lib. ii, cap. viii, n. 5 ; cap. xii, n. 2 ; cap. xiv, n. 6 ; cap. xvi, n. 20 ; cap. xviii, n. 22 ; cap. xxiii, n. 4 ; cap. xxv, n. 15 cap. xxvii, n. 11. Cf. S. R. Congreg. 15 sept. 1753, in CASALEN, ad 4, Gard. n. 4235, vol. ii, pag. 439 ; 25 sept. 1852, in VENETIARUM, ad 3, *Ibid*, n. 5180, vol. iv, pag. 165.

(2) *Cæremon. Episcop.* Lib. ii, cap. xxvii, n. 2.

(3) *Ibid.*, cap. viii.

(4) *Ibid.*, cap. vii, xiv, xvi et xxxi.

rios, non satis explicant commentatores Cærem. Episc. et S. Liturgiæ Expositores. Liquet tamen, ex Cæremoniali Episc. ejusmodi usum (quem, juxta Catalani [1], observat etiam Papa) nunc valere, adeo ut quandoque etiam ordo per rubricas Missalis præscriptus inverti, et benedictio candelarum, cinerum, ignis et cerei Paschalis præponi debeat horæ canonicæ per Episcopum (si tali die celebrare voluerit) immediate ante Missam præmittendæ [2].

Stante igitur præcepto Cæremonialis Episc. Dico 1° Episcopus, qui se parat vestimentis sacris (ut supra) et ministri omnes in tali actu ei servientes occupantur in rebus ad Officii celebritatem pertinentibus, ideoque illis applicanda erit supradicta regula de non repetendo omissa.

Probatur : Episcopum ad horam Tertiam vel aliam esse vere Celebrantem, patet non solum ex supradictis functionibus per Cæremoniale ipsi injunctis (solemniter scilicet inchoandi et terminandi horam prædictam), verum etiam ex aperto textu prædicti Cæremonialis : « Excipitur tantummodo « hora Tertia, quam si Episcopus est solemniter Missam cele- « braturus, pariter et ab illo celebrari convenit, prout latius « in sequenti capite declarabitur [3]. » Ad celebritatem vero horæ Tertiæ pertinet ritus induendi Episcopum vestibus sacris, ut supra dictum est. Ergo omnes ritum hunc exsequentes occupantur in rebus ad Officii celebritatem pertinentibus, ideoque excusantur ab obligatione supplendi ea, quæ interim a choro cantantur.

Dico 2° Psalmi præparatorii cum Versibus et Orationibus ad ritum quodammodo horæ Missam Pontificalem præce-

(1) *Cæremoniale Ecclesiæ Romanæ*, Lib. II, titul. I.

(2) *Cæremoniale Episcoporum*, Lib. II, cap. XII, n. 20; cap. XVIII, n. 22 ; cap. XXVII, n. 11.

(3) *Ibid.* Lib. II, cap. VII, n. 8.

dentis pertinent, ideoque illorum recitatio tamquam compensatio ab ipsa Ecclesia instituta et acceptata, pro Psalmis omissis habetur. Probatur 1° comparando prædictam præparationem cum ritu incensationis in Vesperis et Laudibus solemnibus.

Ex præcepto Cæremonialis Episcoporum [1] in Vesperis et Laudibus solemnibus, sive per Episcopum sive per Sacerdotem celebratis, incœpto Cantico *Magnificat* vel *Benedictus* fit incensatio altaris et chori. « Advertant, *monet Cæremoniale*, « interim cantores et organista, ut cantum et sonum invi« cem alternatim ita dimetiantur, ut ante repetitionem An« tiphonæ incensatio sit expleta [2]. »

Lege prorsus simili Cæremoniale præscribit Episcopo, ut incœptis Psalmis horæ canonicæ per ipsum celebratæ legat Psalmos præparationis etc. (cf. dicta supra ad dico 1°); et similiter admonet chorum, « ut Psalmos Tertiæ lente pro« sequatur, interposito etiam, si opus videbitur, post quem« libet Psalmum organi sonitu, ita ut eodem tempore illos « perficiat, quo Episcopus suos Psalmos cum suis Versibus « legerit et paratus fuerit [3]. »

Sicut igitur incensatio altaris et chori ex præcepto Cæremonialis Episcoporum ad Officium Vesperarum et Laudum solemnium pertinet, ita ritus præparationis ex parte Episcopi ex præcepto ejusdem Cæremonialis pertinet ad horam quæ Missam Pontificalem præcedit.

Atqui nulla lege præscribitur, ut is, qui thurificat altare et chorum, finitis Vesperis vel Laudibus suppleat Canticum omissum. Imo S. R. Congregatio usum recitandi inter thurificationem altaris prædictum Canticum (quod sane facilius

(1) Lib. II, cap. I, II, III, VII, etc.
(2) *Ibid.*, cap. III, n. 13. Cf. cap. I, n. 16.
(3) *Ibid.*, cap. VIII, n. 8. Cf. cap. XIV, n. 8.

est, quam recitare Ps. *Miserere* in aspersione chori et populi, vel Versum : *Dirigatur etc.* in thurificatione altaris ad Missam) nequaquam censuit declarandum præceptivum, sed tamquam laudabilem tantum commendandum [1]. Item nec Cæremoniale, nec S. R. Congregatio multoties loquens de obligatione Canonicorum assistendi Episcopo, unquam ullo verbo obligationem innuit, repetendi ea, quæ interim sunt cantata.

Ergo quod Auctores de incensatione altaris et Cantico dicunt, pariter de præparatione Episcopi et Psalmis horæ dicendum videtur.

Probatur 2°. Suppono tamquam certum : tales vel tales Psalmos tali horæ non ita proprios esse, ut per auctoritatem ecclesiasticam alii Psalmi substitui nequeant (sic Breviarium Monasticum a Paulo V approbatum quoad distributionem Psalmorum in multis discrepat a Breviario Romano). Atqui Ecclesia in Cæremoniali Episcoporum præcipit Episcopo, ut, dum a Choro cantantur tres Psalmi horæ convenientes, ipse cum assistentibus Canonicis legat quinque Psalmos etc. ad Missam mox cantandam spectantes, nihil monens, ut præcepto non obstante tres Psalmi horæ debeant suppleri. Ergo Ecclesia prædictam præparationem tamquam partem horæ Missam Pontificalem præcedentis reputare videtur.

Adde, quod Cæremoniale hic Episcopo ejusque assistentibus præscribit præparationem, quam Missale Sacerdoti sim-

(1) In Lucion. 12. aug. 1854.

DUB. XXXIX. Utrum in Vesperis solemnibus Hebdomadarius thurificans altare, debeat interim recitare Canticum *Magnificat anima mea Dominum*, alternatim cum duobus assistentibus, prout moris est in pluribus ecclesiis, quamvis Cæremoniale Episcoporum prorsus sileat de hoc ritu ? vel celebrans nihil dicens hanc thurificationem peragere debeat, sicut fit in aliis ecclesiis ?

RESP. Laudandum usum recitandi in Vesperis Canticum *Magnificat* in thurificatione altaris (*Anal. Jur. Pont.* sér. II, fol. 2195 ; *Nouv. Revue théologique*, tom. VIII, pag. 129 et 142).

plici proponit pro opportunitate faciendam. Alienum autem videtur a discreta mente Ecclesiæ imponere tale præceptum, firma manente obligatione repetendi ea, quæ interim sunt cantata.

Probatur 3°. Cum ex præcepto Cæremonialis Episcoporum jubeatur Episcopus horam inchoare et terminare, et ex ejusdem præcepto, loco Psalmorum horæ, legere teneatur præparationem ad Missam, hora prædicta evaderet mutilata ex parte Episcopi ejusque ministrorum, nisi supradicta doctrina esset vera. Quod cum videatur valde inconveniens, pro eadem standum est.

Probatur 4°. E contra si Clerici in sacris constituti etiam in choro strictim ad suam partem recitandam obligarentur, nonne potuit, imo debuit Cæremoniale Episcoporum præscribere, ut primitus hora cantetur, deinde choro silente Episcopus præparationem legat et se paret ad celebrandum, ne ex parte tot personarum Episcopo ministrantium hora mutilata evaderet ? Sane potuit, nam fecit pro longissimo per annum officio, scilicet in Sabbato sancto ; minime vero, ne hora ex parte Episcopi ejusque ministrorum mutilata evaderet, sed, ne tempore, quo chorus Christum adhuc luget passum et sepultum, Episcopus per Versum : *Gloria Patri et Filio etc.*, in fine Psalmorum præparationis adjungendum [1], illum jam annuntiet glorificatum.

Concludendo ergo censeo : praxim aliquorum (de quibus mihi constat) Prælatorum, alioquin satis piorum, non repetendi scilicet Psalmos horæ ante Missam Pontificalem præcedentis, ex deductis rationibus tuta conscientia retineri posse.

Salvo semper meliori judicio vel S. R. Congregationis decreto.

D. P. Doeinck, O. S. B.

(1) *Cæremon. Episcop.* Lib. II, cap. XXVII, n. 12.

CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTION DES I ET II CAS DE LITURGIE (1881-1882).

I[1].

Gravis haud dudum agitata fuit controversia in quodam cœtu ecclesiasticorum doctrina ac pietate præstantium. Agebatur de Rutilio oppidi cujusdam cappellano, viro pavido et ægræ valetudinis : qui sacrum faciens cum verba : « *Qui pridie, etc.* » jam inchoasset, magno exorto rumore in proxima oppidi platea, ubi præcedenti vespere varia perpetrata fuere homicidia, altare reliquit, seque in occultum abdidit, usquedum, duabus jam horis transactis, certior factus de restituta tranquillitate, animum recuperavit, quin tamen missam absolveret. Alia vice missam circa meridiem celebrans, cum ad orationem dominicam pervenisset, ab æditiuo subito admonetur, ut sacramenta properanter administraret Antonio parocho, qui violenta apoplexia perculsus animam jam agebat. Nulla interposita mora altare reliquit Rutilius, depositisque sacris indumentis, necessaria subsidia morienti exhibere studuit ; sed ob vehementes contractiones et dolores quibus iste premebatur, rem ad exitum perducere nequivit nisi post sesquihoram, quando Antonius e vivis excessit. Tandem dum alia vice, ex diuturno morbo convalescens, sed non satis firmis viribus, missam prope meridiem celebraret, ad hostiæ elevationem, de repente magno impetu sanguinem evomere cœpit, et lectulum repetere compulsus est, postquam adstantes omnes ei opem tulissent, ut sacrum, si posset, expleret. Aderat ibi forte etiam Maurus sacer-

(1) *Primam quæstionem quæ circa Missæ Sacrificium versatur, dum aliæ currentis anni sunt de sacramento Ordinis, anno superiori ob exortum impedimentum omissam, hic reassumendam existimavimus.*

dos regularis, qui licet summo mane missam celebrasset, ac binæ ferme horæ a meridie præterlapsæ fuissent, nihilo minus necessarium esse putans sacrificium perficere, sacris assumptis paramentis, divinam actionem a verbis : *Simili modo, etc.* resumpsit, et juxta ritum absolvit ; relicta tamen particula ex hostia a Rutilio consecrata, qua ipsum, advesperascente jam die, et evomitione sedata, communicavit, ut suo participaret sacrificio. De iis omnibus varii varia sensere : majorque circa secundum et tertium eventum contentio efferbuit. Plures enim, multis adductis rationibus contendebant, utramque missam omittendam fuisse, et Sacramentum in tabernaculo servandum ad diem sequentem : præsertim quod non una eademque actio moralis, ob longam interruptionem, ipsis videbatur. Alii e contra oppositam tuebantur sententiam, verba rubricæ Missalis : « *De defectibus in missa occurrentibus,* » objicientes. Quæritur :

1° *Num licitum sit missam abrumpere, vel interrumpere : quibusque causis, et limitibus id fieri permittatur ?*

2° *Quænam regulæ servandæ sint, si casu celebrans intra missam deficiat ; vel ita infirmetur, ut eam perficere nequeat ?*

3° *Quodnam ergo judicium ferendum sit de Rutilii et Mauri agendi ratione, omnibus perpensis rerum adjunctis, in casu propositis ?*

Resp. ad i. Benoît XIV a traité avec la science et la lucidité qui lui sont ordinaires, plusieurs des questions qui sont proposées dans ce premier cas. On nous permettra de le prendre pour guide, en l'abrégeant toutefois.

Præter casum mortis aut inopinati morbi, ex quo qui celebrat, Missam perficere non potest, alii etiam afferuntur in rubricis, alii ab auctoribus, in quibus cœpta Missa vel imperfecta relinquitur, vel intermittitur.

In rubricis casus proponitur templi quod vel violatur, vel polluitur, dum sacerdos celebrat Missam. Alius etiam casus propo-

nitur, cum sacerdoti celebranti nuntiatur prope esse hostes, a quibus immineat sacerdoti cædis periculum, vel alluvionem, vel templi seu oratorii ruinam imminere. Jubent rubricæ, si templum violetur, vel polluatur ante Canonem Missam intermitti ; si vero post Canonem, perfici : in casu vero vel hostium irruentium, vel imminentis alluvionis, vel ruinæ, aiunt relinquendam esse Missam, nisi facta sit consecratio ; post consecrationem vero sacerdotem debere, ceteris omissis, corpus et sanguinem sumere[1].

Pour le cas où le prêtre est sur le point de tomber aux mains des ennemis, ou d'être écrasé sous des ruines, le savant Pontife se demande si le prêtre pourrait ne pas continuer sa messe, supposé qu'il n'eût consacré que le pain. Il répond avec Suarez [2] ;

Sacerdotem, qui hostiam consecraverit, nec ipsi tempus suppetat vini consecrandi, posse, sese ut subripiat a periculo mortis, hostiam sumere ; dummodo tamen nullum scandalum oriturum sit, nec religio in contemptum cadat ; in his enim circumstantiis vult (Suarez) sacerdotem teneri Missam continuare et sanguinem consecrare, non modo ex præcepto integritatis sacrificii, sed etiam ex obligatione profitendæ fidei et vitandi scandali [3]...

Si quis superveniat excommunicatus, non qui toleretur, sed qui jam talis declaratus sit, vel notorius Clerici percussor, cum coram eo Missa celebrari non possit, quod diserte prohibetur in Can. *Is qui*, de sent. excommunicat. in 6, et Missa jam incœpta sit, admonendus excommunicatus, ut ecclesia abeat ; ac si fieri potest, etiam pellendus, quod expresse jubet Clement. II, *de sentent. excommunicat.*, et si quidem ejici non possit, aut nondum perventum est ad canonem, seu, ut quidam volunt, ad consecrationem, tunc relinquenda est Missa ; aut eo perventum est, et

(1) *De SS. Missæ sacrificio*, lib. III, cap. XIV, n. 12.
(2) *Tom.* III *in* 3 *part.* Quæst. 74, art. II, disp. 43, sect. 4, § dico ergo
(3) *Ibid.*, n. 13.

continuanda est Missa... Facta autem communione, reliquum Missæ, si excommunicatus non abierit, continuandum est in sacristia, aut in alio decenti loco [1]....

Quædam etiam laudabiliter fiunt, et fieri debent incœptæ Missæ interruptiones, ut cum lecto Evangelio fit concio, vel cum inter Missarum solemnia quædam populo edicenda sunt ex præscripto Canonum. — Sylvius (3 part., quæst. 83, art. 6, quæsit. 3) ait posse Missam intermitti, si occasio ferat, moriturus ut infans baptizetur...Casum etiam addit, cum quis sine confessione esset moriturus... et cum extrema unctio opus esset infirmo, cui nullum aliud sacramentum administrari posset... De ejusmodi casibus practice tractat Quartus ad rubricas Missalis (part. 2, tit. 3, dub. 3), qui, si gravis urgeat necessitas administrandi ea Sacramenta, docet Missam sive ante, sive post consecrationem posse interrumpi ; et, si quidem facta sit consecratio, debere sacerdotem diligentissime curare, ut sacramentum custodiatur, nisi forte consultum melius existimaverit illud in tabernaculo occludere ; et postquam redierit, Missam inde, ubi eam intermiserat, repetere [2].

La S. R. C. a permis aussi d'interrompre la messe, pour adresser une courte et chaleureuse exhortation (*fervorino*) aux fidèles qui doivent communier, au moment où ils sont sur le point de recevoir la sainte Eucharistie[3], comme cela se pratique souvent en Italie aux communions générales, et chez nous au jour des premières communions d'une paroisse, d'un collège, etc.

La même S. Congrégation a déclaré qu'il est permis aux personnes vivant en communauté, pourvu que l'Ordinaire y consente, de renouveler leurs vœux pendant la messe avant de recevoir la communion [4]. C'était déjà la pratique

(1) *Ibid.*, n. 14.
(2) *Ibid.*, n. 15.
(3) Gardellini, *Decreta authentica etc.*, n. 5183, ad 24, vol. IV, pag. 169.
(4) *Ibid.*, n. 5251, ad 19, vol. V, Append. III, pag. 12 et 14.

d'un grand nombre d'Ordres religieux dont les Règles et les Constitutions ont été approuvées solennellement par l'Eglise. Ce qui faisait que Collet permettait au supérieur, qui doit recevoir les vœux de Religion, d'interrompre sa messe, comme à l'Evêque qui doit conférer les saints Ordres. Le même auteur ajoute : « Ce serait encore la même chose, s'il s'agissait « de sauver la vie à un malheureux qui va succomber sous « les coups d'un assassin, si un pasteur ne lui tend une main « secourable. Sylvius ajoute, d'après Navarre, un autre cas, « que je mets dans les notes [1]. Mais en l'admettant avec lui, « je ne voudrais pas admettre avec d'autres, qu'un prêtre, qui « n'est pas encore à l'offertoire, puisse recommencer la « Messe, en faveur d'un Evêque ou d'un Prince, dont on lui « annonce l'arrivée [2].»

Benoît XIV cite [3] sur ce point l'opinion de Noël Alexandre, qui est la même que celle de Collet, et qui en donne deux motifs : « Quia ordo sacrificii potior esse debet, quam ho« minum quavis dignitate conspicuorum commodo, tum quia « via pateret abusui [4].» Collet et Noël Alexandre citent, à ce sujet, un décret du premier concile de Milan ; le premier rappelle aussi le décret d'un concile de Séville, qui défend sous peine d'excommunication de recommencer la Messe *peracta confessione*, de quelque dignité que puisse être la personne qui survient pour l'entendre. Il ajoute : « Après tout,

(1) « Navarrus (*de Orat.* cap. 16, n. 69) ait se interrogatum respon« disse ob exonerationem omnino necessariam, Missam non illicite « interrumpi, si nullatenus usque ad finem differri possit. » *Sylvius.*

(2) *Traité des Saints Mystères*, chap. XIII, n. VI.

(3) *Loc. supr. cit.*, n. 16.

(4) *Theologia dogmatica et moralis*, lib. II, *De sacram. Euchar.*, cap. VII, artic. 4.

dans ces sortes de cas, la coutume des lieux, dûment approuvée, résout bien des difficultés [1]. »

Cette dernière remarque, qui nous semble fort juste, fera considérer comme suffisamment autorisée la coutume, établie dans certains lieux de pèlerinage, d'interrompre la messe avant l'offertoire et même avant le Canon, quand survient une procession solennelle. Les auteurs sont d'ailleurs unanimes sur ce point.

La Rubrique suppose encore le cas où le prêtre ayant déjà commencé sa messe, se souvient d'être excommunié, suspens, en état de péché mortel, ou bien en lieu interdit ; elle veut que, dans ces circonstances, s'il n'y a pas de scandale à craindre, il quitte l'autel sans achever la messe, pourvu que ce soit avant la consécration [2].

Les auteurs appliquent la même solution au cas du Prêtre qui, déjà à l'autel, se souvient qu'il n'est pas à jeun. C'est la solution du Docteur Angélique : « Tutius reputarem « (maxime in casu manducationis et excommunicationis) « quod missam incœptam desereret, nisi scandalum timere- « tur [3]. » Le scandale qu'il faut craindre, comme l'explique Collet, ce n'est pas seulement le scandale proprement dit, mais aussi les murmures et la calomnie [4].

Ce que nous avons dit suffit abondamment pour répondre à la première partie de la question proposée: *Quibus de causis licitum sit Missam interrumpere ?* Reste à nous occuper de la seconde partie : *Quibus limitibus id fieri permittatur ?*

La réponse est facile, bien que l'application du principe

(1) *Loc. supr. cit.*, n. VI.

(2) *De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus*, Titul. VIII, n. 5.

(3) 3 p. q. 83, a. 6, ad 2.

(4) *Loc. cit.*, n. IV.

puisse parfois créer quelques difficultés. L'interruption, qui suspend une messe déjà commencée, pour être légitime, ne doit pas être si longue qu'elle rompe l'unité morale du sacrifice. Nous exceptons évidemment le cas de nécessité : — *Necessitas non novit leges*, — et parlons uniquement des cas où le prêtre interrompt sa messe pour d'autres motifs. Ainsi le Prêtre, que le servant a laissé seul à l'autel, celui qui s'aperçoit après l'élévation que les lumières sont éteintes, n'attendra pas si longtemps le retour du ministre, ou de celui qui a dû chercher au loin de nouvelles lumières, que l'unité morale du sacrifice soit compromise. Après avoir attendu quelque temps, pour obéir à la Rubrique, qui défend de célébrer sans servant et sans lumière, il continuera l'action commencée du saint Sacrifice. — Ce que nous allons dire bientôt complètera notre pensée.

RESP. AD II. Benoît XIV traite cette question, de manière à ne rien laisser à désirer :

Contigit aliquando, *dit-il*, et rursus contingere potest, ut Sacerdos, dum Missam celebrat, vel nec opinata morte concidat, vel repentino morbo perculsus animo deficiat, et impediatur quominus sacrificium possit perficere : quæritur quid facto opus sit in ejusmodi casibus ? — Divus Thomas (3 par. q. 83, art. 6) ait, si hoc ante consecrationem contingat, non oportere Missam ab alio continuari ; si vero facta sit consecratio Corporis tantum, aut Corporis et Sanguinis, perficiendam esse Missam ab alio ; neque relinquendum esse Sacrificium imperfectum. — Consonat rubrica Missalis, quæ ad uberiorem addit explicationem, debere Sacerdotem Missam supplere, initio inde sumpto, ubi primus Sacerdos desierit ; ac si Sacerdos infirmus adhuc vivat et communionis sit capax, nec alia adsit hostia consecrata, debere eum, qui Missam supplet, hostiam dividere, cujus alteram partem sibi sumat, alteram infirmo tribuat [1].

(1) *Loc. cit.*, n. 3.

Le Pontife rappelle ici en le citant le canon *Nihil* (7. q. 1), sur lequel cette doctrine est fondée. Il en démontre la force obligatoire sous peine de péché grave. Laisser inachevé un sacrifice commencé dans sa partie substantielle, serait un grand manque de respect envers Dieu et envers le Sacrifice établi par lui ; cette considération suffit, dit-il, pour démontrer qu'il y a une vraie obligation de compléter le sacrifice, quand on a déjà consacré au moins une espèce, et que cette obligation est grave. Benoît XIV renvoie à Suarez [1] et à Quarti [2] ceux qui désireraient de plus amples explications sur ce point.

On doit achever le Sacrifice, mais qui le doit faire, se demande ensuite le Pontife ? Un prêtre assurément, car, quelque pieux et bien disposé que fût un laïque, il ne pourrait se communier lui-même sous l'espèce du pain et moins encore prendre le saint Sang. Dans le cas où un laïque seul se rencontrerait, il devrait renfermer les saintes espèces dans le tabernacle [3], comme le veut Sotus [4].

Mais supposé qu'il y eût plusieurs prêtres, à qui le devoir incombe-t-il de remplacer celui qui est malade ? Pasqualigo [5] fait voir au long que celui qui est présent y est tenu tout d'abord, puis celui qui est absent. D'abord celui qui n'a aucun empêchement, ensuite celui qui en aurait un. Quels sont les empêchements dont il est question, poursuit Benoît XIV? Le premier empêchement est celui du jeûne naturel rompu. Sans doute le précepte (soit divin, soit naturel) qui exige l'a-

(1) *Tom. in* 3 *part.* Disp. LXXXV, sect. I, in fine.

(2) *Op. cit.*, part. III, Titul. X, n. III, sect. I.

(3) Un laïque ne pourrait se communier dans ce cas que si c'était le seul moyen de soustraire les saintes espèces à la profanation.

(4) *In* 4 *Sent.* Dist. XIV, quæst. I, art. VI, § Circa hoc notandum.

(5) *De sacrificio novæ legis*, quæst. 331 et seq.

chèvement du sacrifice, l'emporte sur le précepte ecclésiastique qui veut que, pour célébrer, et pour communier par conséquent, le Prêtre soit à jeun; mais comme le dit Sylvius [1], en rapprochant le canon *Nihil* 7, 1, qu. 1, du texte de la rubrique : « *Missa per* alium Sacerdotem expleatur a loco, « ubi ille desiit, et in casu necessitatis, etiam per non jeju- « num, » il est évident qu'on ne doit recourir au prêtre qui a rompu le jeûne, que s'il ne s'en rencontre point qui soit à jeun.

Le second empêchement est l'état de péché mortel. Ici deux questions se présentent : 1° le Prêtre, qui n'est point en grâce avec Dieu, doit-il chercher d'abord un confesseur qui l'absolve? Et s'il n'en trouve pas, doit-il s'exciter à la contrition? 2° Supposé qu'il ne parvienne pas à trouver un confesseur, ni à faire acte de contrition, doit-il pourtant achever la messe commencée?

A la première question Benoît XIV donne [2], avec Pasqualigo [3], une réponse tout à fait affirmative. A la seconde, il s'écarte du même auteur, qui est d'avis qu'il faut que le Prêtre qui n'a pu réussir à se remettre en état de grâce, achève pourtant le sacrifice commencé [4]. Il répond avec Sotus que personne n'est tenu de commettre le sacrilège d'une communion indigne, et dit que, dans ce cas, si on n'a pu trouver *avant midi* un prêtre, il faut renfermer dans un tabernacle l'hostie et le calice pour qu'à la messe du lendemain le prêtre célébrant les prenne avant l'ablution [5].

Citant ensuite les mots de la rubrique : « Si sacerdos ante

(1) *In 3 part.* Quæst. LXXX, art. 8.
(2) *Op. cit.*, lib. III, cap. XIV, n. 8.
(3) *Op. cit.* Quæst. 332, n. 3 sq.
(4) *Ibid.*, n. 8.
(5) *Loc. cit.*, n. 8 sq.

« consecrationem graviter infirmetur, vel in syncopen inci-
« derit, aut moriatur, prætermittatur Missa ; » et ces autres : « Si autem semiprolata forma Corporis obiit Sacerdos, quia « non est facta consecratio, non est necesse, ut Missa per al- « terum suppleatur. » Le savant Pontife fait remarquer avec Pasqualigo [1] que, bien que le Canon soit commencé et que même les paroles qui précèdent immédiatement celles que la rubrique [2] donne comme constituant la forme de l'Eucharistie soient prononcées, aussi longtemps qu'il n'y a pas de consécration, au moins d'une espèce, le sacrifice n'est pas substantiellement commencé, et par conséquent la Messe peut être laissée inachevée. Autre chose serait, si le Prêtre avait déjà consacré le pain, dans ce cas il aurait à observer ce que dit la rubrique : « Si vero obierit semiprolata forma sanguinis, « tunc alter prosequatur Missam, et super eumdem calicem « repetat integram formam ab eo loco : *Simili modo postquam* « *cœnatum est;* vel posset super alium calicem integram for- « mam proferre, et hostiam primi Sacerdotis, et Sanguinem « a se consecratum sumere ac deinde calicem relictum semi- « consecratum [3]. »

La rubrique ici ne fait guère que formuler en loi l'opinion qui plaisait davantage à S. Thomas [4], bien que le S. Docteur, probablement par respect pour celle qu'Innocent III, encore Cardinal, avait exprimée [5], n'eût pas voulu rejeter comme improbable l'opinion des auteurs qui exigeaient que dans ce cas le prêtre consacrât d'abord une hostie nouvelle, avant de consacrer le calice.

(1) *Op. cit.* Quæst. 324, n. 10.
(2) *De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus*, Titul. v, n. 1.
(3) *Ibid.*, titul. x, n. 3.
(4) *In IV Sent.* Dist. viii, quæst. ii, art. iv, quæstiunc. 2.
(5) *De mysteriis Missæ*, lib. iv, cap. 22.

C'est d'ailleurs la décision commune des Docteurs, dont le savant Pontife, que nous avons suivi pas à pas, cite les plus marquants; « et sane ratio est optima, *ajoute-t-il*, nam ubi « agitur de supplemento, nihil aliud opus est supplere, quam « quod defuerit in sacrificio [1]. »

Nous avons rapporté, dans notre dernière livraison [1], une décision de la S. Congrégation du Concile, d'après laquelle les Evêques sont tenus d'appliquer la Messe pour leurs diocésains. Dans cette décision, la S. Congrégation conseillait au Souverain Pontife de décréter que cette obligation leur incombe tous les dimanches et jours de fêtes soit conservées, soit supprimées. Donnant suite à ce vœu de la Congrégation, Sa Sainteté vient de publier les lettres suivantes, où l'obligation des Evêques est clairement définie et précisée.

LITTERÆ APOSTOLICÆ

DE MISSÆ SACRIFICIO IN SINGULOS DIES FESTOS PRO POPULO AB OMNIBUS CATHOLICI ORBIS EPISCOPIS CELEBRANDO.

LEO PP. XIII

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

In suprema rei christianæ procuratione, beato Petro Apostolorum principi ejusque successoribus divinitus data, illud Romanos Pontifices summa vigilantia providere necesse est, ut omnes sacrorum ministri curam animarum gerentes sui muneris officia, ex quibus commune Ecclesiæ bonum magnopere pendet, studiose

[1] Pag. 124 sq.

et accurate exerceant. — In iis autem eminet sacrosanctum Missæ sacrificium, pro salute populi cui quisque præest, nominatim faciendum : cujus vim officii Patres Tridentini ex præcepto divino proficisci tradiderunt [1]. Quapropter ne quis in ea re delinqueret, Benedictus XIV Decessor Noster, editis Apostolicis Litteris « *Cum semper oblatas* » die XIX Augusti an. MDCCXLIV, edixit omnes et singulos, qui in aliqua Parochiali Ecclesia quocumque titulo animarum curam gererent, in singulis Dominicis aliisque diebus festis « non modo sacrificium Missæ celebrare, sed etiam illius fructum medium pro populo sibi commisso applicare debere : nec illud pro aliis applicare, aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam percipere posse. » — Quibus quidem in litteris aperta Episcoporum mentio nulla est : nihilominus dubitari non potest, quin Pontifex sapientissimus quod de Parochis tam graviter præcipiebat, idem de majoribus animarum pastoribus intelligi tacite saltem et oblique voluerit. Idque multo verisimilius apparet ex eo, quod proximus ejus successor Clemens XIII in hoc eodem genere exposuit et declaravit. Is enim in Litteris Encyclicis « *A quo die* » post. Id. Septemb. an. MDCCLVIII datis, cum multa de episcopalium munerum perfunctione dixisset, illud etiam adjecit, sacrum pro populo peragere *crebro* Episcopos oportere, de se deque Venerabilibus Fratribus suis in hanc sententiam locutus : « Cum non nostras tantummodo curare debeamus infirmitates, sed etiam putare aliorum mala ad nos pertinere et ea æque habere ac nostra, vehementius diutiusque intendenda nobis ad Dominum nostra est oratio, qua, tamquam Ecclesiæ fidelium interpretes, omnium fidem, spem et caritatem ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum quodque cuique fidelium opus est, a Domino impetremus. Dei autem exorandi viam nobis muniet, et quidvis adipiscendi etiam aperiet augustissimum Eucharistiæ sacrificium. Idcirco vel maximis nostri muneris occupationibus etiam implicati, sacrosanctum Jesu Christi corpus et sanguinem non recusabimus quominus frequenter Deo offeramus,

(1) Sess. XXIII, cap. 1, *de Reform.*

nullumque majus putemus nobis datum esse negotium, quam crebro placationis hostiam pro nostris populique peccatis Deo immolare. »

Hæc Decessor ille Noster non minus sapienter quam pie. — Verum quibus Episcopi diebus perlitare pro populo debeant, nihil ille constituit : ex quo factum est, ut inter doctores catholicos atque etiam inter ipsos Episcopos de officio conveniret, de diebus discreparet. Cumque hanc opinionum varietatem Romanæ Congregationes Nostræ ad hanc diem minus sustulerint, non eadem ubique extitit disciplina, sed varia in locis variis consuetudo. Nunc vero Episcopi plures, omnem hæsitationis caussam sibi penitus eximi cupientes, significarunt avere se et orare, ut de ipsis diebus Sedis Apostolicæ auctoritate decernatur, lata lege, cui omnes in reliquum tempus obtemperent. — Igitur cum nihil Nobis tam curæ sit, quam publica christianorum utilitas et rerum sacrarum æquabilis in omnibus locis disciplina, simulque velimus venerabilibus Fratribus Nostris Episcopis, præsertim tam æqua postulantibus, satisfacere, nihil differendum ducimus, quin de ea re pro potestate Nostra statuamus ac judicemus.

Generatim vero et universe officium istud episcopale, de quo loquimur, non est difficile cognoscere quam sit sacris litteris consentaneum, et præteritorum temporum memoria testatum. Quæ enim loca caussas rationesque suppeditant, cur generatim quotquot sunt animarum pastores fundere preces sacrumque facere debeant pro populo quem regunt, ex iisdem locis efficitur, idem plane esse officium Episcoporum : sunt enim Episcopi in munere pastorali principes. Sic a primo Ecclesiæ ortu rerum externarum administrationem deponere Apostoli properaverunt, quo sibi commodius *orationi et ministerio verbi* insistere liceret [1]. Et Paulus ad Colossenses de se ipse : *Non cessamus*, inquit, *pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia et intellectu spiritali* [2]. Et ad Philippenses : *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis*

(1) Act. VI, 4 et seq.
(2) Ad Coloss. I, 9.

pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens [1]. Et ad hanc deprecationem, in qua Paulus cum gaudio et gratias agens Deo semper hærebat, non est dubium, quin sacrificium Eucharisticum adhiberet, quod est præstantissimum precationis genus, et cujus ille potissimum caussa pontifices christianos testabatur esse constitutos. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quœ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* [2].

Quemadmodum vero ex his locis perspicuum est, omnino Episcopos debere rem divinam pro salute populi sæpe facere, ita facile intelligitur quam deceat, immo quam oporteat in diebus festis singulis facere. — Etenim festi dies singulari quadam ratione religioni addicti et consecrati sunt : per eosque, assueti intermissione laboris, christianis præcipitur plus operæ iis rebus tribuere, quæ ad excolendum expiandumque animum pertinent ; maxime vero augustissimo sacrificio interesse, quo creatori et gubernatori rerum omnium Deo debitum latriæ cultum adhibeant. Quamobrem ipsa videtur dierum festorum sanctitas postulare, ut Episcopi, Ecclesiæ sibi commissæ custodes et principes, sanctissimum Missæ sacrificium pro populo offerant Deo : « quo tanquam Ecclesiæ fidelium interpretes, omnium fidem, spem et caritatem ante oculos Domini statuentes, quod omnibus in universum, quodque cuique fidelium opus est, a Domino impetrent. »

Hujus disciplinæ probe opportunitatem utilitatemque viderant Episcopi veteres, qui summa cum religione sacrificandi munus per dies festos semper usurpaverunt. Quod sane complura christianarum antiquitatum monumenta confirmant : et in iis commemorandum videtur S. Justini M. testimonium ex Apologia I ad Antoninum Pium [3] : in qua posteaquam nitide declarasset, consecratum in Eucharistico sacrificio panem et vinum « non ut communem cibum et potum sumi » a christianis, sed ut « incarnati Jesu carnem et sanguinem, » quemadmodum « Apostoli in com-

(1) Ad Philip. I, 3, 4.
(2) Ad Heb. V, 1.
(3) In edit. Maurin. pag. 83, n. 61.

mentariis suis, quæ vocantur Evangelia, tradiderunt, » mox graphice describit rationem totam unde ab initio Ecclesia catholica, per oblationem hujus Eucharistici Sacrificii, solemnem cultum Deo optimo maximo exhibere consuevit Dominico quoque die, quem gentiles *diem solis*, appellabant, ethnicum Imperatorem his verbis allocutus : « Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, et commentaria Apostolorum aut Scripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui præest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus et preces emittimus : atque, ut jam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua : et qui præest preces et gratiarum actiones totis viribus emittit, et populus acclamat, *Amen*, et eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit et communicatio unicuique præsentium, et absentibus per Diaconos mittitur. » Quod vero S. Justinus per ea verba *qui præest* non semel prolata designet hoc loco præsertim Episcopos, in ambiguo esse non sinunt tot illæ quæ supersunt sanctorum Ecclesiæ Patrum orationes seu Homiliæ, quas *inter Missarum solemnia* constat esse pro concione recitatas. Sic S. Gregorius M.[1] : « Quia, *inquit*, Missarum solemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus. » Immo in hac re tam constans disciplina tenuerat, ut si forte diebus festis a christianorum conventu abfuisset Episcopus, item si concionem habere aut divinam hostiam litare prætermisisset, novitatem et insolentiam rei haud secus mirarentur omnes[2], quam si diebus juri dicundo statutis vacuum tribunal, vacua judicum subsellia cernerentur. Sacris autem in dies festos operante Episcopo, *communis sacrificii* oblatio fieri dicebatur[3] ; cujus appellationis ea profecto vis est, ut satis significet, præsente populo et pro populo sacrificium fieri consuevisse. — Huc aliud etiam spectat, quod erat in more positum Pontificum Romano-

(1) Hom. VIII in Evang.

(2) S. Jo. Chrysostomus, Hom. I *de incomprehensibili Dei natura*.

(3) Concil. I Prov. Mechlinien. Tit. *de Episc.*

rum : ii quippe Dominicis diebus, peracto sacrificio, quidpiam *consecratorum munerum* mittere ad singulos Urbis Titulos, seu curialia templa solebant, quibus in locis una cum inferioribus animarum pastoribus multitudo adesset, quæ adesse Pontifici maximo sacrificanti non potuisset. Quæ quidem consecratorum munerum pars communi sermone *fermentum* appellata ob hanc caussam censetur, quod sicut modicum fermentum totam, cui injicitur, farinæ massam conglutinat atque attollit ; ita mystico illo quasi fermento populus Urbanus universus in unum veluti corpus coalesceret, ut singuli se cum Pontifice maximo fide et caritate conjunctos, et sacrificii, quod ille faceret, participes esse sentirent [1].

Quod si mutata hodie consuetudine, nequaquam singulis diebus festis coram multitudine Episcopi sacrum faciunt, facere tamen pro populo necesse est. Revera Patres Tridentini, qui hoc officium ex præcepto divino repetunt [2], cum deinceps [3] jubent Episcopos curare ut omnes Presbyteri « saltem diebus Dominicis et festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo muneri satisfaciant Missas celebrent, » eos profecto tacite monuerunt, ne officio justo ac debito, quod ab inferioribus animarum pastoribus exigerent, ipsi deessent. Quapropter in Concilio Provinciali Mediolanensi I, cui maxime proposita erat decretorum Tridentinorum promulgatio, præsentibus et suffragia ferentibus iis ipsis Episcopis, qui paulo ante ad sedes suas Tridento reverterant [4], constitutum est : « Cum Pontifices, ut inquit Apostolus, ex hominibus assumpti pro hominibus constituantur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis, Episcopus Dominicis et aliis festis diebus, nisi jure impediatur, Missam celebret [5]. »

(1) Cfr. B. Jos. M. Thomasii card. Opusc. VI in edit. Rom. Omnium Opp. Tom. VII, pag. 51 seqq. Cfr. etiam Augustini Orsi Card. *Hist. Eccl.* Lib. XXXI, n. 58.

(2) Sess. XXIII, *De Reform. c.* 1.

(3) Ead. Sess., c. 14.

(4) Cfr. Orationem a S. Carolo Borromæo habitam.

(5) Tit. *De frequenti divini sacrificii oblatione.*

Quapropter mirum videri non debet, si Theologiæ moralis et Juris Pontificii doctorum una fere sententia est, officium celebrandi Missam pro populo majore ratione ad Episcopos, quam ad Parochos pertinere. Omnium loco sit S. Alphonsi De Ligorio, Ecclesiæ Doctoris, auctoritas : « Si autem Parochi, et omnes quibus cura animarum commissa est, tenentur in Dominicis et festis de præcepto Missam celebrare et applicare pro populo, tanto magis ad id tenentur Episcopi tamquam principaliores animarum pastores [1]. » Cujus doctrinæ ratio in eo maxime consistit, quod cum Parochi auctoritate ecclesiastica instituti sint, eorum officium ex jure divino, quod *mediatum* et *hypotheticum* vocant, proficiscitur. Contra vero ad Episcopos pastorale munus *immediate* pertinet, quippe quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei : pertinet etiam *principaliter*, quia inest in eis perfecta et plena cura pastoralis, cujus partem dumtaxat Parochi exercent, Ecclesiæ auctoritate sibi demandatam. Quod sane præclare S. Thomas his verbis complectitur : « Episcopi principaliter habent curam ovium suæ diœcesis : presbyteri autem curati habent aliquas subministrationes sub Episcopis, » id est « secundum quod eis ab Episcopo committitur [2]. »

His itaque omnibus diu multumque consideratis, auditisque Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sententiis, decernimus et declaramus, omnes et singulos Episcopos, quacumque dignitate, etiam Cardinalitia, auctos, item Abbates jurisdictionem quasi episcopalem in Clerum et populum cum territorio separato habentes, in Dominicis aliisque festis diebus, qui ex præcepto adhuc servantur, et qui ex dierum de præcepto festorum numero sublati sunt, omni exiguitatis redituum excusatione aut alia quavis exceptione remota, ad Missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri.

Et ne cui dubitationi aditus pateat, declaramus, eosdem Episcopos et Abbates huic officio satis esse facturos per celebrationem

(1) *Theol. Moral.* Lib. VI, num. 326.

(2) 2-2, q. 184, art. 6, ad 2 et 3. Vide etiam Opusc. XIX, cap. 4.

et applicationem unius Missæ pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures Diœceses et Abbatias æque principaliter unitas regant. — Novimus quidem Romanas Congregationes Nostras aliud decrevisse de Parochis duas vel plures parochiales Ecclesias æque principaliter unitas gerentibus : in quibus singulis singulæ per dies festos Missæ celebrentur et pro populo applicentur necesse est. Sed alia est Parochorum, alia Episcoporum ratio. Etenim cum cuique Parocho specialis in unaquaque Parœcia ac definita populi cura commissa sit, festis diebus Parochus non modo celebrare pro populo debet, sed etiam in parochiale templum populum admittere, ut sacrosancto Missæ sacrificio intersit, et audiat verbum Dei, et sacramenta pro opportunitate recipiat, et iis omnibus officiis excolatur, quæ diebus præsertim Dominicis aliisque festis præstanda sunt. At non hæc valere possunt pro Episcopis, qui dissimili in conditione et caussa versantur, cum nulla lege hodie jubeantur omnibus diebus festis sanctum sacrificium in Cathedrali templo peragere.

Quamquam vero minime necessarium, opportunum tamen ducimus declarare, ea quæ supra constituta sunt, ad Episcopos non spectare, qui *Titulares* dicuntur, quique ad dignitatem episcopalem promoti, ideo a Romano Pontifice titulo decorantur Ecclesiarum Cathedralium, quæ olim florentes, nunc Clero populoque catholico destituuntur, ne scilicet antiqua eorum dignitas et memoria penitus deleatur. Cum enim ipsi sedium suarum possessionem non capiant, qua dumtaxat suscepta munus, de quo diximus, Episcopi implere tenentur [1], cumque nullus neque Clerus neque populus eorum regimini tradatur, satis constat, eos, uti carent usu atque exercitio potestatis ex episcopali consecratione acceptæ, ita etiam haud esse officiis atque oneribus curæ episcopalis obnoxios. Sed tamen si æquitatis caritatisque episcopalis ratio habeatur, non potest non consentaneum videri, eos etiam interdum sacrificium offerre, ut respiciat Deus miseram Ecclesiarum illarum conditionem, quarum titulo et nomine ipsi honestantur. Huic rei optime congruunt quæ a Pio VI Decessore

(1) S. C. Rit. *in* Marsor. 12 Novemb. 183 .

Nostro in consecratione Episcopi Cyrenensis die IV octobris an. MDCCLXXVIII in Basilica Ostiensi dicta sunt : cum scilicet enumerans caussas ob quas Apostolica Sedes ecclesias etiam ab infidelibus occupatas conferre solet, « oportere, inquit, aliquem existere cui singulariter incumbat, si non regere captivam illam miseri gregis portionem, preces saltem ac lacrymas pro eadem ad misericordiarum Patrem assidue effundere. »

Volumus autem præsentes Litteras, omniaque et singula in iis contenta inviolabiliter observari, et de subreptionis, aut de cujuscumque invaliditatis vitio intentionisque Nostræ et quocumque alio defectu a quoquam notari, impugnari, vel in controversiam vocari nullo unquam tempore posse ; sublata cuilibet aliter de his judicandi et definiendi potestate : et quidquid secus super his contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam in generalibus Conciliis editis, nec non Cancellariæ Apostolicæ regulis, statutis quoque etiam juratis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, atque indultis etiam Apostolicis quomodolibet hactenus concessis, ceterisque contrariis quibuscumque. Atque hæ Litteræ Romæ publicatæ perinde habeantur ac si unicuique eorum, quos concernunt, personaliter intimatæ et notificatæ fuissent.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrarum Ordinationum et Constitutionum infringere, seu eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo octuagesimo secundo, IV Id. Junii, Pontificatus Nostri anno V.

C. CARD. SACCONI pro Datarius — TH. CARD. MERTEL.

VISA

DE CURIA J. DE AQUILA E VICECOMITIBUS.

Loco † Plumbi.

Reg. in secret. Brevium.

J. Cugnonius.

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DES ÉVÊQUES ET DES RÉGULIERS.

LES PROFÈS DE VŒUX SIMPLES DANS L'ORDRE DE S. FRANÇOIS NE SONT PAS TENUS A LA RÉCITATION PRIVÉE DE L'OFFICE DIVIN.

I. Quoi qu'aient pensé et écrit quelques auteurs d'ailleurs estimables [1], le sentiment général est que les religieux, *ad chorum destinati*, bien qu'ils ne soient pas encore dans les ordres sacrés, sont tenus de réciter le bréviaire à partir de leur profession solennelle; et cela en vertu de l'antique coutume observée dans les Ordres religieux [2]. Une décision de la S. Pénitencerie, du 26 novembre 1852, a définitivement consacré cette manière de voir [3]. Cette obligation était toutefois restreinte à ceux qui étaient liés par des vœux solennels [4].

(1) Lessius, *Auctarium*, V. *Horæ canonicæ*, Cas. XIV ; Bordonus, *Consilia regularia*, Resol. XXX, n. 3; Marchantius, *Tribunal sacramentale*, tom. II, tract. II, part. II, titul. III, sect. I, quæst. II, n. 6 sq.

(2) Suarez, *De Religione*, tom. II, tract. IV, lib. IV, cap. XVII, n. 6; S. Alphons. *Theologia moralis*, lib. V, n. 142; Salmantic. *Cursus Theologiæ moralis*, tract. XVI, cap. II, n. 18; Leander de S. Sacramento, *In Decalogum*, part. I, tract. VIII, disp. II, quæst. 10; Rotario, *Theologia moralis Regularium*, tom. III, lib. II, cap. I, punct. IV, n. 6; Diana, *Resolutiones morales*, tom. III, tract. VI, resol. 12-17; Amort, *Theologia eclectica*, De Sacramento ordinis, § XV, qr. 18; Holzmann, *Theologia moralis*, part. III, n. 447; Donatus, *Praxis regularis*, tom. IV, tract. XVIII, quæst. VII, n. 7 sq.

(3) Il y est déclaré : « Moniales votis solemnibus obstrictas teneri sub gravi quotidie officium recitare ex consuetudine jam præscripta. » Cf. Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. II, n. 183.

(4) Dans les Ordres réguliers proprement dits, *ad chorum destinatis*, on ne connaissait, avant les lettres Encycliques du 19 mars 1857, que la

II. Cette coutume n'était pas la seule source de l'obligation qui incombait aux religieux. Plusieurs fondateurs d'ordres avaient inséré, dans leur règle, l'obligation, pour leurs religieux, de réciter l'office divin. Ces prescriptions se lisent, entr'autres, dans les règles de S. Benoît et de S. François [1].

III. Il faut noter que l'obligation de la règle n'est pas la même dans tous les ordres. Chez les uns, elle n'oblige pas, en dehors de la matière des vœux, sous peine de péché [2], ou du moins de péché grave [3]. Chez d'autres, au contraire, un certain nombre de prescriptions ne peuvent être violées sans se rendre coupable d'une faute grave. Il en est ainsi chez les enfants de S. François [4].

IV. Parmi les points qui les obligent *sub gravi*, se trouve celui qui impose l'obligation de l'office divin [5]. Tous ceux donc qui ont professé cette règle sont soumis à ce précepte : il n'y a pas lieu de distinguer si leur profession est solennelle, ou non. Liés par la règle, ils sont par le fait même soumis à ce précepte. « Dum agitur de religiosis professis in Ordine Minoritico, *dit très bien Albertus a Bulsano,* omni jure

profession solennelle. Ces lettres y ont introduit le triennat de vœux simples, qui doit précéder la profession solennelle. Cf. Bizzarri, *Collectanea,* etc., pag. 904.

(1) Règle de S. Benoît, chap. 8 et suiv. — De S. François, chap. 3.

(2) Pour les Dominicains, V. S. Thomas, 2-2, q. 186, a. 9, ad 1. Pour les Jésuites, Suarez, *Op. cit.*, tom. IV, tract. VIII, lib. I, cap. II, n. 14.

(3) Pour les Carmes, V. Lezana, *Summa quæstionum regularium,* tom. I, part. I, cap. VII, n. 14. Pour les Bénédictins, Bartholomæus a S. Fausto, *Thesaurus religiosorum,* lib. VI, quæst. CXXV, n. 5.

(4) Const. *Exiit qui seminat,* Nicolai III, artic. I, n. 2 (Lib. V Decret. Titul. XII, c. 3, in 6°) ; Constit. *Exivi,* Clementis V, cap. I, n. 3 (Clem. I, lib. V, tit. XI).

(5) « Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ. » cap. 3. V. la déclaration de Clément V sur ce assage. *Loc. cit.*

asseritur, hos jam per præceptum Regulæ ad Officii divini recitationem obligari [1]. »

V. Le 19 mars 1857, le Souverain Pontife Pie IX, par l'organe de la S. Congrégation sur l'état des Réguliers, décréta qu'à l'avenir les vœux solennels seraient précédés d'un triennat de vœux simples [2]; condition exigée sous peine de nullité de la profession solennelle [3].

(1) *Expositio Regulæ FF. Minorum*, § 37, n. 1. Cf. Kazenberger, *Compendiosa expositio litteralis in S. Regulam S. P. Francisci*, cap. III, q. 1 ; Marchantius, *Expositio litteralis in Regulam S. Francisci*, cap. III, titul. I, q. 1.

(2) On y lit : « Peracta probatione et novitiatu ad præscriptum S. Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, et statutorum Ordinis a S. sede approbatorum, novitii vota simplicia emittant postquam expleverint ætatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam vel aliam majorem, quæ forsan a statutis proprii Ordinis a S. Sede approbatis requiratur ; et quoad laicos et conversos, postquam ad eam pervenerint ætatem, quæ in constitutione Clementis VIII, incipien. *In suprema* præfinita est. — Professi post triennium a die, quo vota simplicia emiserint, computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus jam concessa fuerit. » Bizzarri, *Collectanea in usum Secretariæ S. Congregationis Episcoporum et Regularium*, p. 906.

(3) Constit. *Ad universalis Ecclesiæ*, Pii IX, ubi : « Nos igitur cupientes in re tanti momenti omnem ambigendi causam imposterum removere, motu proprio et certa scientia, deque Apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, quoad religiosas virorum familias cujuscumque Ordinis, Congregationis et Instituti, in quibus solemnia vota emittuntur, statuimus ac decernimus nullam omnino, irritam et nullius roboris fore professionem votorum solemnium, tam scienter quam ignoranter, quovis modo, prætextu et colore factam a novitiis quibuscumque, etiam laicis et conversis, qui licet probationem et novitiatum prout de jure expleverint, non emittant prius professionem votorum simplicium, et in ea per triennium integrum non permanserint, quamvis vel a Superioribus, vel a novitiis, vel ab utrisque intentio habeatur respective recipiendi ad vota solemnia et ea emittendi, ac omnes ritus adhibeantur ad professionem votorum solemnium præscripti. » Bizzarri, *ibid.*, pag. 913.

VI. Cette mesure de Pie IX fit naître un doute : les religieux qui sont dans le triennat de vœux simples sont-ils tenus à la récitation de l'office divin ? Le doute fut soumis par le Général des Dominicains à la S. Congrégation sur l'état des Réguliers, qui lui donna une réponse négative, en maintenant, pour ces religieux, l'obligation d'assister au chœur, et d'observer la règle de l'Ordre, sauf en ce qui concerne le vœu de pauvreté :

DUBIA. I. An professi votorum simplicium, quæ professioni votorum solemnium juxta litteras encyclicas diei 19 martii 1857 præmitti debent, teneantur ad officium divinum ?

II. An teneantur ad observantiam Regulæ Ordinis prout solemniter professi ?

SSmus, in audientia habita ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, die 6 augusti 1858, respondendum mandavit, nempe :

Ad i. Non teneri ad privatam recitationem divini Officii, debere tamen Choro interesse ut solemniter professi.

Ad ii. Affirmative, firma declaratione jam data quoad votum paupertatis [1].

VII. Quelle était la portée de cette décision ? Ne portait-elle que sur la force et l'étendue de la coutume qui avait imposé l'obligation de l'office aux religieux profès, sans toucher à l'obligation que leur en faisait leur règle ? Ou s'appliquait-elle aussi à cette pratique inscrite dans les règles qui n'obligent pas sous peine de péché ? Ou enfin s'étend-elle à tous les cas, même à ceux où la règle fait une obligation de conscience de réciter l'office ?

VIII. Toutes les branches de l'Ordre de S. François d'Assise étaient d'accord sur l'interprétation de la décision. Elles n'y voyaient point une abrogation de ce point de leur règle

(1) Apud Bizzarri, *ibid.*, pag. 908.

en ce qui concerne les profès de vœux simples. Toutefois, dans ces derniers temps, quelques Pères Capucins de la province de Venise, considérant la généralité des termes de la décision, soutinrent qu'elle était applicable à tous les religieux, sans aucun égard à leur règle. Mais la plupart se prononcèrent pour le maintien de l'obligation de ce point de la règle, nonobstant la décision de 1858. Le doute fut soumis à la S. Congrégation des Évêques et Réguliers et formulé en ces termes:

An professi votorum simplicium in Ordine Fratrum Minorum ex vi propriæ Regulæ teneantur ad privatam recitationem divini Officii ?

IX. Considérant qu'il s'agissait d'une question de principe de grande importance, la S. Congrégation en référa au Saint Père, qui ordonna de prendre l'avis d'un consulteur et de décider la question dans une réunion générale de la S. Congrégation :

Ex audientia SSmi diei 27 Jan. 1882.

Sanctissimus mandavit ut quæstio de qua agitur cum voto consultoris pertractetur in plenario Auditorio Sacræ Congregationis Episcoporum et Regularium.

X. Le Consulteur fut d'avis que la décision de 1858 comprend les Frères Mineurs aussi bien que les autres religieux. En effet, les Frères Mineurs ne sont pas seuls obligés par leur règle à réciter l'office divin; il en est de même de tous les religieux : Dominicains, Bénédictins, Augustins, etc., etc. La décision de la S. Congrégation, qui libère les profès de vœux simples de l'obligation de réciter l'office divin, sans aucune exception, comprend donc les Frères Mineurs, ou elle n'affecte aucun Ordre religieux: on ne peut assigner aucun motif de disparité.

En donnant la décision de 1858, la S. Congrégation et le Pape connaissaient fort bien les prescriptions des règles des Ordres Religieux quant à l'office divin. D'où il suit, qu'en établissant ce principe, le Pape a implicitement dispensé sur l'obligation qui résultait des règles.

XI. Le Procureur Général des Capucins émit l'avis que la décision de 1858 doit être restreinte à l'obligation résultant de la coutume générale, et laisse intacte celle imposée par les règles spéciales des Ordres religieux. Cette explication est en harmonie avec la réponse de la S. Pénitencerie du 26 novembre 1852, où nous lisons que « illæ (Moniales quæ vota solemnia non emittunt) non alia obligatione tenentur, quam ea, quæ ex respectivis Constitutionibus resultat. » Le Saint Siège n'entend donc pas libérer les religieux de l'obligation qui leur incombe en vertu de leurs constitutions.

En outre, le doute fut proposé en tant que l'obligation est commune à tous les Ordres religieux, sans aucun rapport aux obligations spéciales de chacun. Or, en tant qu'elle affecte tous les Ordres, l'obligation de l'office divin dérive de la coutume générale. La demande se bornant donc à l'obligation créée par la coutume générale, on ne doit pas donner à la réponse une portée plus étendue, et en faire résulter l'abrogation de l'obligation imposée par les règles spéciales des Ordres religieux.

De plus, il est certain qu'en vertu de la règle, les profès de vœux simples étaient tenus de réciter l'office : les Bulles de Nicolas III et de Clément V ne laissent aucun doute sur ce point. Ces Bulles sont insérées dans le *Corpus Juris*. Qui croira qu'une simple déclaration interprétative, comme celle du 6 août 1858, suffise pour y déroger ?

Ajoutons enfin que c'est le moyen de concilier les deux parties de la réponse du 6 août 1858. En effet, la réponse au

second doute déclare les profès de vœux simples tenus d'observer la règle comme les religieux qui ont émis des vœux solennels ; tandis, que d'après les adversaires, la réponse au premier doute les déclarerait libres d'observer ce point de la règle. Il y a là une véritable antilogie que notre interprétation fait seule disparaître.

Tels sont les arguments allégués de part et d'autre. Le 24 mars 1882, la S. Congrégation, après avoir mûrement pesé les raisons produites des deux côtés, prononça son jugement, conforme aux conclusions du consulteur.

DUBBIO.

Se i professi di voti semplici nell' Ordine dei Minori in virtù della propria Regola siano tenuti alla privata recita del divino Ufficio come i professi di voti solenni [1] ?

Resp. Non teneri, ad normam rescripti sanctæ memoriæ Pii IX, diei 6 augusti 1858.

(1) C'est-à-dire : « Les religieux, profès de vœux simples dans l'Ordre des Frères Mineurs, sont-ils tenus, en vertu de leur règle, à la récitation privée de l'Office divin, comme les profès de vœux solennels ? »

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

LA FÊTE DE S. JOSEPH TOMBANT ENTRE LE DIMANCHE DES RAMEAUX ET LE JEUDI SAINT DOIT ÊTRE TRANSFÉRÉE CONFORMÉMENT AUX RUBRIQUES, ET N'A PAS LA PRÉFÉRENCE SUR LA FÊTE DE L'ANNONCIATION.

Les Liturgistes s'accordent à dire que la translation de la fête de S. Joseph ne jouit d'aucun privilège. « Comme il n'a plus de fériation, *dit Falise*, son office, transféré à cause de la semainte sainte, ne jouit plus d'aucun privilège particulier [1]. » De Carpo dit également : « Si vero (festum S. Joseph) incidat in Dominicam Passionis vel Palmarum, aut infra hebdomadam majorem, transfertur quoad Officium et Missam in diem proximam non impeditam juxta Rubricas, quippe cum ex hoc capite nullo gaudeat privilegio [2]. » De Herdt s'exprime presque dans les mêmes termes : « Festum S. Joseph, si.... infra hebdomadam majorem occurrat, juxta rubricas in primam diem non impeditam quoad solum officium transferendum est ; et nullo gaudet privilegio translationis respective ad alia festa [3]. »

Il n'en est pas de même de la fête de l'Annonciation. Le décret général du 20 juillet 1748 lui assigne des privilèges spéciaux, lorsqu'elle tombe un des dimanches de Carême, ou dans la quinzaine de Pâques. Dans le premier cas, elle se transfère au lendemain déplaçant toute autre fête qui n'est

(1) *Cérémonial Romain*, pag. 413, 5e édit.

(2) *Compendiosa Bibliotheca Liturgica*, part. IV, n. 64. Cf. *Kalendarium perpetuum*, pag. 284, 3a edit.

(3) *Sacræ liturgiæ praxis*, tom. III, n. 91.

pas de première classe. Dans le second cas, elle se transfère au lundi *in Albis* [1], à moins que ce jour ne soit occupé par une fête de première classe [2]. Elle pourrait même déplacer une fête de première classe, là où elle a conservé sa fériation, si elle tombait le vendredi ou le samedi saint : car la fériation est alors transférée avec la fête [3].

Les choses étant ainsi, dans le cas de translation de la fête de S. Joseph et de celle de l'Annonciation, la première, quoique de première classe, ne sera point préférée à la seconde qui n'est que de seconde classe, et celle-ci conservera la place qui lui est assignée par le décret du 20 juillet 1748. C'est ce que la S. Congrégation des Rites a décidé dans le décret suivant :

(1) Dans l'ancienne province ecclésiastique de Malines, elle se célèbre le mardi après le dimanche *in Albis*, en vertu des prescriptions du Concile provincial de 1607, approuvé par Paul V. Titul. XIII, cap. 5. Cf. De Herdt, *loc. cit.*, n, 92, 5°; *Nouvelle Revue théologique*, tom. X, pag. 447; Romsée-Hazé, *Opera liturgica*, tom. III, pag. 175, not. (1).

(2) Voici le décret : « An quando festum Purificationis B. M. V. occurrit in Dominica privilegiata, ejus officium transferri debeat in feriam secundam immediate sequentem, vel in primam diem non impeditam festo duplici vel semiduplici? Et S. eadem Congr., referente Emo et Rmo D. Cardinale Millino, declaravit : Quando hujusmodi casus intervenerit, Officium Purificationis esse transferendum in feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris, ritus in eam incidente. Et idem servandum mandavit, quando festum Annunciationis B. M. V. occurrat in Dominica privilegiata; quod si in hebdomada majori, vel paschali, tunc Annunciationis Officium pari cum privilegio in feriam secundam post Dominicam in Albis transferri voluit. Atque hoc decretum generalibus Calendarii Romani Rubricis adjici præcepit. » Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 4197, vol. II, pag. 424.

(3) S. R. C. in AQUEN. 2 Sept. 1741, ad 1, Gard. *ibid.*, n. 4119, pag. 588; et DECRET. GENER., 22 Martii 1817, n. 1, Gard., n. 4528, vol. III, pag. 71. Cf. *Nouvelle Revue théologique*, tom. II, pag. 526; De Carpo, *Compendiosa Bibliotheca Liturgica*, part. IV, n. 55 sq.; Falise, *loc. cit.*; De Herdt, *loc. cit.*, n. 92, 2°.

CALAGURITANA ET CALCEATEN.

DECRETUM QUOAD FESTUM S. JOSEPH OCCURRENS A DOMINICA PALMARUM.

Rmus Dnus Episcopus Calaguritanus et Calceatensis Sacræ Rituum Congregationi sequens dubium resolvendum humillime proposuit, nimirum :

Festum sancti Joseph B. M. V. sponsi et Catholicæ Ecclesiæ patroni, qui ad ritum duplicis primæ classis a sa. me. Pio Papa IX elevatum fuit, occurrens a Dominica Palmarum usque ad feriam V in Cœna Domini, ita ut festum Annuntiationis Deiparæ absque præcepto Sacrum audiendi et a servilibus abstinendi transferatur, est ne transferendum juxta Rubricas Breviarii, vel præponendum festo Annuntiationis ?

Sacra vero Rituum Congregatio, referente Secretario, audita sententia alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, rescribere censuit : Affirmative ad primam partem ; Negative ad secundam partem. Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 8 Martii 1879.

DÉCRET DE LA S. CONGRÉGATION DE L'INQUISITION.

DÉCRET GÉNÉRAL CONCERNANT LA BÉNÉDICTION NUPTIALE.

Nous avons eu plusieurs fois l'occasion de parler de la bénédiction nuptiale et de poser les principes qui la régissent. Nous en avons établi l'obligation [1], et signalé les exceptions [2]. Nous avons prouvé qu'on ne pouvait la donner hors la messe, ni en temps clos [3]; points que la S. Congrégation des Rites a mis hors de doute [4]. Nous avons toutefois fait remarquer

(1) *Nouvelle Revue théologique*, tom. II, pag. 51 et 500; tom. VII, pag. 653.

(2) *Ibid.*, tom. VII, pag. 654.

(3) *Ibid.*, tom. II, pag. 41 sq., et 501; tom. V, pag. 35.

(4) En 1838, elle avait permis de donner la bénédiction en dehors de la messe. Cf. Eysteten, ad 2, 1 Sept. 1838, apud *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n. 4840, vol. IV, pag. 23. Mais depuis elle revint à la pratique imposée par le Rituel Romain. V. Limburgen, 23 Jun. 1853, ad 1, *ibid.*, num. 5190, pag. 174; Montis-Albani, 14 Aug. 1858, ad 1, *ibid.*, n. 5275, vol. V, Append. III, pag. 26; Imolen, 26 Martii 1859, *ibid.*, n. 5289, pag. 32; Ambianen, 31 Aug. 1867, ad IV, *ibid.*, n. 5382, pag. 75. Et qu'on ne pense pas que ces décisions soient propres aux diocèses pour lesquels elles ont été rendues; car, à la demande de l'Archevêque de Mexico, la S. Congrégation des Rites a déclaré, le 25 septembre 1875, qu'elles obligent tous les diocèses, même ceux où une coutume immémoriale contraire serait en vigueur : « Dub. I. Utrum præfata responsa Rmo Episcopo diœceseos Montis Albani data ita sint generalia, ut omnes omnino diœceses afficiant, etiam eas in quibus immemorabiles in contrarium adsunt consuetudines?... Sacra vero eadem Congregatio, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, nec non voto R. P. D. Sanctæ Fidei Promotoris, propositis dubiis respondendum censuit : Ad I. Affirmative, et consuetudinem con-

que ces décisions ne concernaient que la bénédiction insérée au Missel, dans la messe : *pro sponso et sponsa* [1].

Ce sont ces principes que la S. Congrégation de l'Inquisition a consacrés par son Décret du 31 août 1881. Conformément à des décisions antérieures [2], elle veut que la bénédiction soit donnée à tous les époux qui, hors du cas excepté, ne l'ont pas encore reçue, bien qu'ils la demandent longtemps après la célébration de leur mariage. Elle prescrit enfin d'engager les époux catholiques, dont le mariage n'aurait pas reçu cette bénédiction, à la demander, en les prévenant que ce rite n'appartient nullement à la substance ou à la validité du mariage. Voici ce décret :

DECRETUM GENERALE

QUOAD BENEDICTIONEM NUPTIALEM.

Feria IV, die 31 *Augusti* 1881.

In Congregatione generali S. R. et Universalis Inquisitionis habita coram Emis ac Rmis DD. S. R. E. Cardinalibus in rebus fidei Inquisitoribus generalibus, præhabito voto DD. Consultorum, iidem Emi ac Rmi DD. decreverunt :

Benedictionem nuptialem, quam exhibet Missale Romanum in *Missa pro sponso et sponsa*, semper impertiendam esse in matrimoniis catholicorum, intra tamen Missæ celebrationem, juxta rubricas, et extra tempus feriatum, omnibus illis conjugibus, qui eam in contrahendo matrimonio, quacumque ex causa non obtinuerint ; etiamsi petant post quam diu jam in matrimonio

trariam esse eliminandam uti abusum... Atque ita rescripsit et servari mandavit die 25 septembris 1875. » Gardell. *ibid.*, n. 5640, Append. IV, pag. 96.

(1) V. notre tome V, pag. 34 sqq.

(2) Nous les avons citées dans notre tome XII, pag. 170.

vixerint, dummodo mulier, si vidua, benedictionem ipsam in aliis nuptiis non acceperit.

Insuper hortandos esse eosdem conjuges catholicos, qui benedictionem sui matrimonii non obtinuerunt, ut eam primo quoque tempore petant. Significandum vero illis maxime si neophyti sint, vel ante conversionem ab hæresi valide contraxerint, benedictionem ipsam ad ritum et solemnitatem, non vero ad substantiam et validitatem pertinere conjugii.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

† FR. VINCENTIUS LEO SALLUA, ARCHIEP. CHALCEDONEN.

S. R. ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS COMMISSARIUS GENERALIS.

JUVENALIS PELAMI, *S. R. et Univers. Inquis. Notarius.*

Ajoutons qu'il n'est nullement nécessaire que les époux communient à cette messe, quoique ce soit le désir de l'Église, ainsi qu'il résulte de la déclaration de la S. Congrégation des Rites, du 21 mars 1874 :

Utrum Missa votiva pro sponso et sponsa dici et in ea benedictio nuptialis fieri possit etiam in casu ubi sponsi infra hanc Missam sacram communionem non perciperent ?

Sacra vero eadem Congregatio, audita sententia in scriptis alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, rescribere rata est : Affirmative; curent tamen Parochi et animarum Rectores adhortari fideles nupturos, ut in Missa, in qua benedictiones nuptiales impertiuntur, communicent [1].

(1) In LAVANTINEN, 21 Martii 1874, Gard., *ibid.*, n. 5582, vol. v, Append. IV, pag. 77.

DÉCISIONS DE LA SACRÉE PÉNITENCERIE.

LES PERSONNES, QUI, A RAISON DE LEUR AGE, DE LEUR TRAVAIL, OU DE LEUR MAUVAISE SANTÉ, SONT EXEMPTES DE LA LOI DU JEUNE, PEUVENT FAIRE USAGE DE VIANDE A TOUS LEURS REPAS LES JOURS OU L'INDULT DU CARÊME PERMET D'EN MANGER.

Nous n'avons rencontré qu'un auteur qui dénie cette faculté aux personnes qui ne sont pas tenues à la loi du jeûne : l'abbé Valentin [1], qui invoque à tort l'autorité de Clément XIII. Dans son Encyclique [2], Clément XIII pose le même principe que Benoît XIV, mais pour les mêmes circonstances, sans y rien ajouter, sans l'étendre en aucune manière. Or Benoît XIV ne limite la faculté de manger de la viande à un seul repas, que quand il s'agit de ceux qui sont dispensés de l'obligation de l'abstinence seulement. Il pose alors le principe que la dispense n'est valable que pour un seul repas, de sorte que la personne dispensée ne peut prendre à la collation une portion

(1) *Examen raisonné ou décisions théologiques sur les commandements de Dieu et de l'Église*, part. II, chap. I, art. 4.

(2) Constit. *Appetente Sacro*, § 2, ubi : « In quibus (consuetudinibus) profecto abusum illum censemus omnino numerandum, quem rumor quidam ad Nos pertulit ; cum nonnulli, quibus ob justas et legitimas causas ab abstinentia carnium dispensatum fuerit, licere sibi putant potiones lacte permixtas sumere, contra quam prædicto Prædecessori Nostro (Bened. XIV) visum fuerit, qui censuit, tam dispensatos a carnium abstinentia, quam quovis modo jejunantes, unica excepta comestione, in omnibus æquiparandos iis esse, quibuscum nulla est dispensatio, ac propterea tantummodo ad unicam comestionem posse carnem, vel quæ ex carne trahunt originem, adhibere. » *Bullarii Romani Continuatio*, tom. IV, part. I, pag. 295. Edit. Prati.

de viande égale à la quantité de pain que prennent ceux qui ne jouissent d'aucune dispense [1]. Il n'examine pas si celui qui est déjà dispensé de l'autre partie du précepte, c'est-à-dire qui peut déjà faire plusieurs repas, peut ou non manger de la viande plusieurs fois le jour: lui-même le déclare expressément dans les termes suivants:«Respondemus igitur postulato tuo, Nos in iisdem literis definiendum non suscepisse, an qui Ecclesiastica auctoritate a jejunio excusantur, non solum vetitis cibis uti, sed jussæ pariter vespertinæ abstinentiæ fines egredi queant [2].» C'est donc en vain qu'on prétendrait se prévaloir de l'autorité de Benoît XIV, ou de Clément XIII.

Les auteurs récents permettent à celui qui n'est pas lié par le précepte même du jeûne de manger de la viande à tous les repas qu'il fait [3]. Leur enseignement repose sur les nombreuses décisions de la Sacrée Pénitencerie, que nous rapportons selon leur ordre chronologique.

(1) Cf. Constit. *Non ambigimus*, § 4, *Bullar. Benedicti XIV*, vol. I, pag. 99; Constit. *In suprema*, § 2, *ibid.*, pag. 133; Constit. *Cognovimus*, *ibid.*, pag. 337; Constit. *Si Fraternitas*, § 1, n. II, *ibid.*, vol. II, pag. 285; Constit. *Libentissime*, § 9, *ibid.*, vol. III, pag. 156.

(2) Cit. Constit. *Cognovimus*.

(3) Righetti, *Del digiuno e della Quaresima*, lett. II, § XIX; Scavini, *Theologia moralis universa*, lib. I, n. 262, not. 2; Gabriel de Varceno, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, pag. 105; Del Vecchio, *Theologia moralis universa*, tom. I, n. 205, 1); Gury, *Compendium Theologiæ moralis*, tom. I, n. 514, 4°; Kenrick, *Theologia moralis*, tract. IV, part. II, n. 46; Ninzatti, *Theologia moralis S. Alphonsi logico ordine digesta*, n. 738, VI; D'Annibale, *Summula Theologiæ moralis*, part. III, n. 484; Konings, *Theologia moralis S. Alphonsi in compendium redacta*, n. 569; *Mélanges Théologiques*, série IV, pag. 228.

I.

An fideles qui ratione ætatis vel laboris jejunare non tenentur, licite possint in quadragesima, cum indultum concessum est, omnibus diebus indulto comprehensis, vesci carnibus et lacticiniis, per idemindultum permissis, quoties per diem edunt ?

Sacra eadem Pœnitentiaria sub die 24 Februarii 1819, re ponderata, censuit respondere : *Posse* [1].

II.

Se chi è dispensato a far uso de' cibi di grasso per la Quaresima, ma o per l'età, o per il lavoro, o altra legittima causa non è astretto all'unica comestione, ossia digiuno, possa far uso de' cibi di grasso tutte le volte che si ciba [2] ?

S. Pœnitentiaria, attente consideratis expositis. respondet : *Affirmative.* Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 8 Februarii 1828.

J. A. Sala, *S. Pœnit. Datar.* [3].

III.

Se coloro, i quali sono dispensati dalla osservanza del digiuno per causa di esercitare arti faticose, possano nella Quaresima, allorchè è concesso l'indulto di cibarsi di carne e di latticini (pro unica comestione), far uso delle carni e de'latticini tutte le volte che nel corso della giornata hanno bisogno di mangiare ; siccome nelli giorni di domenica della stessa Quaresima, ne' quali non obbliga il digiuno [4] ?

(1) *Acta S. Sedis in compendium redacta*, vol. xiv, pag. 560.

(2) C'est-à-dire : « Celui qui a obtenu une dispense pour faire gras pendant le carême, mais qui n'est pas soumis à la loi du jeûne ou d'un seul repas, à cause de son âge, de son travail, ou d'une autre raison légitime, peut-il faire gras toutes les fois qu'il prend quelque chose ? »

(3) Rapportée par Righetti, *Op. cit.*, Lett. ii, § vii, 1ᵉ edit.

(4) C'est-à-dire : « Ceux qui sont dispensés, pour cause de travail, de l'obligation du jeûne, peuvent-ils, pendant le carême, lorsque le mandement permet de manger de la viande et du laitage (à un seul repas), faire usage de ces aliments autant de fois qu'ils sentent le

S. Pœnitentiaria de mandato fel. rec. Pii papæ VII respondet, fideles qui ratione ætatis, vel laboris jejunare non tenentur, licite posse in Quadragesima, cum indultum concessum est, omnibus diebus indulto comprehensis vesci carnibus, aut lacticiniis per idem indultum permissis, quoties per diem edunt.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 16 Januarii 1834.

E. CARD. DE GREGORIO, *Maj. Pœnit.* [1]

IV.

Eminentissime Princeps.

Quidam sacerdotes regnorum Belgii et Hollandiæ, ad tranquillitatem conscientiæ suæ, et ad certam fidelium directionem, instanter petunt ab Eminentia Vestra solutionem sequentium dubiorum :

Gury, Scavini et alii referunt tanquam responsa S. Pœnitentiariæ data die 16 Januarii 1834....

Altera resolutio : « Fideles qui ratione ætatis vel laboris jejunare non tenentur, licite posse in quadragesima, dum indultum concessum est, omnibus diebus indulto comprehensis, vesci carnibus aut lacticiniis per idem indultum permissis, quoties per diem edunt. »

Dubitatur igitur an hæc resolutio valeat in diœcesi cujus Episcopus auctoritate Apostolica concedit fidelibus, ut feria 2ª, 3ª, 5ª temporis quadragesimæ possint semel in die vesci carnibus et ovis ; iis vero qui ratione ætatis vel laboris jejunare non tenentur, permittit ut ovis sæpius utantur.

Quæritur itaque : 1° An non obstantibus memorata phrasi : ovis sæpius in die utantur, et tenore concessionis, possint ii, qui ratione ætatis vel laboris jejunare non tenentur, vi dictæ resolutionis vesci carnibus quoties per diem edunt ?

2° An iis, qui jejunare non tenentur ratione ætatis vel laboris,

besoin de manger dans le courant de la journée, comme cela se peut les dimanches du carême où le jeûne n'oblige pas ? »

(1) Rapportée par Righetti, *Op. cit.*, Lett. II, § XIX, 2ᵉ edit.

æquiparandi sint qui ratione infirmæ valetudinis a jejunio excusantur, adeo ut istis quoque pluries in die vesci carnibus liceat ?

S. Pœnitentiaria, mature consideratis propositis dubiis, dilecto in Christo Oratori in primis respondet....

Ad duo vero posteriora dubia respondet : Quoad primum, negative ; quoad secundum, non æquiparari [1].

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 27 Maii 1863.

A. M. Card. Cagiano, *M. P.* [2].

V.

An ii qui ratione affectæ valetudinis a lege jejunii dispensati sunt, possint iis diebus, quibus per indultum esus carnium concessus est, sæpius per diem carnibus vesci ?

Sacra eadem Pœnitentiaria, mature ac diligenter perpenso proposito dubio, sub die 16 martii 1882 respondendum censuit : Fideles, qui ratione affectæ valetudinis a lege jejunii seu unicæ comestionis eximuntur, licite posse, iis quadragesimæ diebus, quibus esus carnium per indultum permissus est, toties carnibus vesci, quoties per diem edunt.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 16 Martii 1882 [3].

Pour réunir tout ce qui concerne cette question, nous devons aussi reproduire la décision suivante du Saint Office :

(1) Avanzini dit à ce propos : « Rationes cur non æquiparentur, sunt sequentes : Qui a jejunio excusantur ratione ætatis vel laboris, uti possunt cibis vetitis solummodo vi indulti, quod subjici potest majori vel minori limitationi ; dum e contra infirmi possunt uti cibis vetitis juxta statum propriæ valetudinis et medici judicium. Ita ex. gr. aliquibus diebus indultum posset non extendi ad condimenta;hoc in casu qui super jejunio dispensatur ratione ætatis vel laboris, abstinere debet a condimentis in indulto exceptis ; at infirmus potest carnibus vesci, si ita exigat ejusdem valetudo. Ejusmodi rationes, consulta S. Pœnitentiaria, reddidit Emus Card. Barnabo ad Episcopum Suthwarsensem, per literas datas die 8 Martii 1864. » *Acta S. Sedis, etc.*, vol.I, pag.427,not.(2).

(2) *Ibid.*, pag. 426, 8.

(3) Rapportée par les *Acta Santæ Sedis, etc.*, vol. XIV, pag. 568.

VI.

(1) *Loc. cit.*, disp. DCLXXIV, n. 9. Cf. Vogler, *Juris cultor Theologus circa obligationes restitutionis in genere theorico practice instructus*, n. 332, 3° ; Scavini, *Theologia moralis universa*, lib. II, n. 604.

voyons-nous les personnes consciencieuses user de ce moyen sans aucun remords. Nous dirons donc avec l'abbé Valentin : « La loi n'a de force qu'autant que l'usage et la coutume la confirment. Or, d'après l'usage auquel se conforme la partie saine de la société, on ne déclare point dans la vente tout ce prix, mais seulement un peu plus de la moitié ou les deux tiers du prix qu'on a donné. D'ailleurs, le gouvernement qui n'ignore pas qu'on agit généralement ainsi, et qui ne prend aucun moyen pour qu'on agisse autrement, est censé consentir que la loi n'oblige que comme elle est reçue par l'usage et la coutume. Cette dernière opinion n'est point dépourvue de probabilité, et je crois que dans les pays où elle est généralement suivie dans la pratique, on ne doit inquiéter personne [1]. »

Ad II. Cette inscription n'est pas exacte, puisque lui-même n'a pas donné aux époux la bénédiction nuptiale. Un petit changement suffirait dans l'inscription pour qu'on ne pût l'arguer de faux ; il suffirait de dire « que la bénédiction nuptiale leur a été donnée. »

CONSULTATION IV.

1° An licet emere stolam antea jam benedictam quam notus esset emptor ? An indiget nova benedictione?

2° Vicepastor promovetur ad aliam ecclesiam : sed adhuc est in loco priore : an jam tunc vel quandonam præcise sequi debet officium et in semi duplici suffragium ecclesiæ, ad quam jam promotus est ? Quandonam parochus in eodem casu ?

(1) *Examen raisonné sur les diverses professions de la société*, n. 239. Cf. Duardus, *Commentaria in Bullam Cœnæ Domini*, lib. II, in canon. V, quæst. XII, n. 9 sq.

Resp. ad I. Evidemment la chose serait défendue, si l'on vendait un ornement bénit à un certain prix, précisément parce qu'il est bénit; mais, dans le cas proposé, on ne vend pas l'étole, parce qu'elle est bénite (*ratione rei sacræ*), mais bien qu'elle soit bénite (*ratione pretii rei temporali adnexi*); on peut donc acheter l'étole dont il est question. — Ce n'est pas que cette pratique de vendre des objets sacrés ou bénits d'avance n'ait paru aux SS. Congrégations Romaines présenter de sérieux inconvénients. Comme le fait observer le P. Ballerini [1], la S. Congrégation des Indulgences a défendu maintes fois d'exposer en vente des médailles, des rosaires ou des chapelets bénits. Nous avons cité [2], dans la précédente série, un décret de la même Congrégation qui défend sévèrement, au nom de S.S. Léon XIII, d'acheter ou de vendre des reliques (fussent-elles enchassées dans des reliquaires plus ou moins précieux et d'une valeur appréciable), pour éviter jusqu'aux apparences d'un négoce illicite. Aussi nous nous garderions de conseiller jamais de faire bénir d'abord des objets destinés au culte ou à la piété pour en retirer ensuite le prix. Toutefois, à s'en tenir à la lettre de la loi, sauf le cas d'une prohibition spéciale, il n'y a de défense de vendre les choses sacrées ou bénites qu'autant qu'après leur bénédiction on les vendrait, à un prix plus élevé que celui qu'elles ont par elles-mêmes, c'est à dire à un prix qu'elles n'ont précisément que parce qu'elles sont sacrées ou bénites. — Dans tous les cas, il ne nous paraît pas que l'étole ainsi achetée doive être bénite de nouveau.

Resp. ad II. Nous commencerons par le cas du curé. Le curé seul est le recteur titulaire de la paroisse ; aussi longtemps qu'il possède le titre paroissial, il a charge d'âmes et

(1) *De sacrificio Missæ*, lib. I, cap. IX, n. 1.
(2) Tom. XI, pag. 28.

(pour nous borner à ce point) le dimanche et les jours de fête désignés par Urbain VIII, il est tenu de célébrer la messe *pro populo sibi concredito*. Il nous est donc facile de déterminer quel *Ordo* le curé doit suivre : c'est celui de l'église paroissiale des fidèles pour lesquels il doit appliquer la messe susdite.

Pour les vicaires paroissiaux, ils sont tenus de suivre l'*Ordo* que suit le curé dont ils sont *actuellement* les délégués : *cujus vices gerunt*. C'est par la teneur des lettres de nomination, la coutume et les circonstances qu'on peut juger quand la commission épiscopale, qui les établit vicaires d'un autre curé, a ses effets, et révoque leurs anciens pouvoirs.

CONSULTATION V.

Une fête double mineure avait été fixée au 25 octobre par l'Évêque diocésain, selon les lois de la translation perpétuelle ; or le S. Siège vient d'accorder pour ce jour la fête de la B. Marguerite Marie, dont le *dies natalitius* est le 17 du même mois, et il y avait des jours libres avant le 25. Doit-on, dans ce cas et dans d'autres analogues, donner la préférence à la fête qui a reçu du S. Siège ce jour *quasi proprium ?*

Resp. Dans le cas actuel et dans les cas analogues, le jour auquel le S. Siège assigne une fête nouvelle, est censé empêché, et cette fête doit être transférée au premier jour libre, selon les rubriques [1].

(1) Cf. De Carpo, *Kalendarium perpetuum*, cap. iv, n. 10 sq.

LETTRE ENCYCLIQUE DE S. S. LÉON XIII
EN FAVEUR DU
TIERS-ORDRE DE S. FRANÇOIS.

DE SANCTO FRANCISCO ASSISIENSI
ET
DE TERTIO FRANCISCALIUM ORDINE
PROPAGANDO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII
EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

—

VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Auspicato concessum est populo christiano duorum virorum memoriam brevi temporis intervallo recolere, qui ad sempiterna sanctitatis præmia in cælum evocati, præclaram alumnorum copiam, tamquam virtutum suarum perpetuo renascentem propaginem, in terris reliquerunt. — Siquidem post sæcularia sollemnia ob memoriam Benedicti, monachorum in Occidente patris legiferi, proxima est occasio non dispar habendorum publice honorum Francisco Assisiensi, septimo post quam natus est exeunte sæculo. Quod sane contingere benigno quodam divinæ providentiæ consilio, non immerito arbitramur. Nam oblato ad celebrandum tantorum patrum natali die, homines admonere Deus velle videtur, ut summa illorum merita recordentur, simulque intelligant, conditos ab iis virorum religiosorum ordines tam

indigne violari minime debuisse, in iis præsertim civitatibus, quibus incrementa humanitatis et gloriæ labore, ingenio, sedulitate pepererunt. — Ista quidem sollemnia confidimus haud vacua fructu futura populo christiano, qui non sine caussa sodales religiosos amicorum loco semper habere consuevit : propter eaque sicut Benedicti nomen magna pietate gratoque animo honoravit, ita nunc Francisci memoriam festo cultu et multiplici significatione voluntatis est certatim renovaturus. Atque istud pietatis reverentiæque honestum certamen non regione circumscribitur, in qua vir sanctissimus editus est in lucem, nec finitimis a præsentia ejus nobilitatis spatiis : sed late est ad cunctas terrarum oras, quacumque Francisci aut nomen percrebuit, aut instituta vigent, propagatum.

Hunc animorum in re optima ardorem Nos certe sic probamus, ut nemo magis ; præsertim quia Franciscum Assisiensem admirari præcipuaque religione colere ab adolescentia assuevimus ; et in familiam Franciscanam adscitos esse gloriamur, et sacra Alverniæ juga libentes atque alacres, pietatis caussa, non semel ascendimus : quo loco tanti viri imago, ubicumque poneremus vestigium, objiciebatur animo, mentemque tacita cogitatione suspensam memor illa solitudo tenebat. — Sed quantumvis sit istud studium laudabile, tamen nequaquam in isto omnia. Ita enim de honoribus, qui beato Francisco properantur, statuendum, tunc maxime futuros ei, cui deferuntur, gratos, si fuerint iis ipsis, qui deferant, fructuosi. In hoc autem positus est fructus solidus minimeque caducus, ut cujus excellentem virtutem homines admirantur, similitudinem ejus aliquam adripiant, fierique studeant ipsius imitatione meliores. Quod, opitulante Deo, si studiose effecerint, profecto quæsita erit præsentium malorum opportuna et valde efficax medicina. — Vos itaque volumus, Venerabiles Fratres, per has Litteras alloqui, non modo pietatem erga Franciscum Nostram publice testaturi, verum etiam vestram excitaturi caritatem, ut in hominum salute eo, quo diximus, curanda remedio Nobiscum pariter elaboretis.

Liberator generis humani Jesus Christus fons est perennis,

atque perpetuus omnium bonorum quæ ab infinita Dei benignitate ad nos proficiscuntur, ita plane ut qui semel mundum servavit idem sit in omnes sæculorum ætates servaturus ; *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri*[1]. Si quando igitur naturæ vitio aut hominum culpa contingat, ut in deteriorem partem delabatur genus humanum, et singulari quadam ope indigere ad evadendum videatur, omnino recipere se ad Jesum Christum necesse est, atque istud putare maximum certissimumque perfugium. Divina enim illius virtus tam magna est tantumque pollet, ut omnium in ea vel periculorum depulsio, vel malorum posita sanatio sit. Futura est autem certa sanatio, si modo ad professionem christianæ sapientiæ, et ad evangelica vivendi præcepta genus humanum reducatur. Iis autem, quæ diximus, forte insidentibus, malis, simul ac solatii venit divinitus provisa maturitas, fere jubet Deus, continuo virum aliquem in terris existere non unum de multis sed summum et singularem, quem restituendæ salutis publicæ præficiat muneri. Atqui istud plane usuveniebat sub exitum sæculi duodecimi aliquantoque serius ; fuit autem ejus maximi operis perfector Franciscus.

Satis illa nota est ætas cum sua indole virtutum ac vitiorum. Insita altius in animis vigebat fides catholica ; pulcrumque erat complures pietatis fervore incensos in Palæstinam transmittere qui vincere aut emori destinavissent. Sed tamen valde populares mores licentia mutaverat : nihilque erat tam hominibus necessarium, quam ut christianos spiritus revocarent. — Jam vero christianæ virtutis caput est generosa animi affectio, rerum arduarum ac difficilium patiens : cujus forma quædam in cruce adumbratur, quam qui Christum sequi malunt, onusto ferant humero necesse est. Illius autem partes affectionis sunt, abstinentem rerum mortalium animum gerere : sibimet acriter imperare : casus adversos facile moderateque ferre. Denique caritas in Deum, in proximos una omnium est domina et regina virtutum ; cujus tanta vis est, ut molestias, quæ officium comitantur, omnes ab-

(1) Act. IV, 12.

stergeat, laboresque quantumvis magnos non tolerabiles solum efficiat, verum etiam jucundos.

Harum virtutum sæculo duodecimo magna apparebat inopia, cum nimis multi, penitus mancipati rebus humanis, aut appetentia honorum ac divitiarum insanirent, aut per luxum et libidines ætatem agerent. Plurimum valebant pauci ; quorum opes fere in oppressionem miseræ et contemptæ multitudinis evaserant : atque hujusmodi vitiorum maculas ne ii quidem effugerant, qui disciplinæ ceteris esse ex instituto debuissent. Et restincta passim caritate, variæ quotidianæque pestes consecutæ erant, invidere, æmulari, odisse ; distractis adeo infestisque animis, ut ad minimam quamque caussam et civitates finitimæ sese invicem præliando conficerent, et cives cum civibus ferro inhumane decernerent.

In id sæculum Francisci cecidit ætas. Qui tamen mira constantia, simplicitate pari aggressus est dictis et factis genuinam christianæ perfectionis imaginem senescenti mundo ad spectandum proponere.—Reapse, quemadmodum Dominicus Gusmanus pater integritatem cælestium doctrinarum per eadam tempora tuebatur, pravosque hæreticorum errores luce christianæ sapientiæ depellebat, ita Franciscus, ad grandia ducente Deo, illud impetravit ut ad virtutem excitaret christianos homines, et diu multumque devios ad imitationem Christi traduceret. Non certe fortuito factum est, ut ad aures acciderent adolescentis illæ ex Evangelio sententiæ : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam* [1]. Et : *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes et da pauperibus, et veni, sequere me* [2]. Quæ tamquam sibi nominatim dicta interpretatus, continuo abdicat se rebus omnibus ; vestimenta mutat ; paupertatem sibi sociam et comitem constituit in omni vita futuram : et maxima illa virtutum præcepta, quæ celso erectoque animo amplexus erat, Ordinis sui velut fundamenta fore decernit. Ex eo tempore, inter tan-

(1) Matth. x, 9-10.
(2) Matth. xix, 21.

tam sæculi mollitiam fastidiumque delicatissimum, ille horrido cultu atque aspero incedere : victum ostiatim quærere : et quæ acerbissima putantur, insanæ plebis ludibria non tam perferre, quam vorare alacritate mirabili. Videlicet stultitiam Crucis Christi adsumpserat et probarat uti absolutam sapientiam : cumque in ejus augusta mysteria intelligendo penetravisset, vidit judicavitque nusquam posse gloriam melius collocari. — Una cum amore Crucis, pervasit Francisci pectus caritas vehemens, quæ impulit hominem, ut propagandum nomen christianum animose susciperet, ob eamque caussam obviam sese vel manifesto capitis periculo ultro offerret. Hac ille caritate homines complectebatur universos : multo tamen cariores habuit egenos et sordidos, ita prorsus ut quos ceteri refugere aut superbius fastidire consuevissent, iis potissimum ille delectari videretur. Qua ratione egregie de ea germanitate meruit qua restituta perfectaque ex toto hominum genere unam velut familiam Christus Dominus conflavit, in potestate unius omnium parentis Dei constitutam.

Tot igitur virtutum præsidio atque hac præsertim asperitate vitæ, studuit vir innocentissimus formam Jesu Christi, quoad poterat, in se ipse transferre. Sed divinæ providentiæ numen in hoc etiam eluxisse videtur, quod rerum externarum singulares quasdam cum divino Redemptore similitudines assecutus est. — Sic, ad exemplar Jesu, Francisco contigit, ut in lucem susciperetur in stabulo, ac tale stratum haberet puer infans, quale olim ipse Christus, tectam stramentis terram. Quo tempore, ut fertur, leves per sublime Angelorum chori, et mulcentes aera concentus similitudinem compleverunt. Item lectos quosdam, uti Christus Apostolos, sibi discipulos adjunxit, quos peragrare terras juberet, christianæ pacis ac sempiternæ salutis nuntios. Pauperrimus, contumeliose illusus, repudiatus a suis, vel in hoc speciem Jesu Christi retulit, quod nec tantulum voluit habere proprium quo caput reclinaret. Postrema similitudinis nota accessit, cum in Alverni montis vertice, velut in Calvario suo, novo ad illam ætatem exemplo, sacris stigmatibus corpori ejus divinitus impressis, propemodum actus est in crucem. — Rem hoc loco commemora-

mus non minus miraculo nobilem, quam sæculorum prædicatione illustrem. Cum enim esset olim in cruciatuum Christi vehementi cogitatione defixus, eorumque vim acerbissimam ad se traduceret, et tamquam sitiens hauriret, delapsus e cælo repente Angelus se ostendit : unde arcana quædam virtus cum subito emicuisset, palmas pedesque quasi transfixos clavis, itemque velut acuta cuspide vulneratum latus Franciscus sensit. Quo facto, ingentem caritatis ardorem concepit animo : corpore vivam expressamque vulnerum Jesu Christi in reliquum tempus imaginem gessit.

Ista rerum miracula, angelico potius quam humano celebranda præconio, satis demonstrant quantus ille vir, quamque dignus fuerit, quem æqualibus suis ad mores christianos revocandis Deus destinaret. Profecto ad Damiani ædem exaudita Francisco est major humana vox : *I, labantem tuere domum meam.* Neque minus admirationis habet oblata divinitus Innocentio III species, cum sibi videre visus est Basilicæ Lateranensis inclinata mœnia humeris suis Franciscum sustinentem. Quorum vis ratioque portentorum perspicua est; nimirum significabatur, christianæ reipublicæ non leve per ea tempora præsidium et columen Franciscum futurum. Revera nihil cunctatus est quin accingeretur. Duodeni illi, qui se in ejus disciplinam primi contulerant exigui instar seminis extiterunt, quod secundo Dei numine, auspiciisque Pontificis maximi, celeriter visum est in uberrimam segetem adolescere. Eis igitur ad Christi exempla sancte institutis varias Italiæ Europæque regiones, Evangelii caussa, describit : dato certis inter eos negotio, ut in Africam usque trajiciant. Nec mora : inopes, indocti, rudes, committunt tamen populo sese : in triviis plateisque, nullo loci apparatu nec pompa verborum, ad contemptum rerum humanarum, cogitationemque futuri sæculi homines adhortari incipiunt. Mirum tam ineptis, ut videbantur, operariis quantus respondit operæ fructus. Ad eos enim confluere catervatim cupida audiendi multitudo : tum dolenter admissa deflere, oblivisci injuriarum, compositisque dissidiis ad pacis consilia redire. Incredibile dictu est, quanta inclinatione animorum ac prope impetu ad Franciscum turba raperetur. Assectabantur maximo concursu,

quacumque ille ingrederetur : nec raro ex oppidis, ex urbibus frequentioribus universi promiscue cives homini erant supplices, ut se vellet in disciplinam rite accipere. — Quamobrem caussa nata est viro sanctissimo, cur sodalitatem *Tertii Ordinis* institueret, quæ omnem hominum conditionem, omnem ætatem, utrumque sexum reciperet, nec familiæ rerumque domesticarum vincula abrumperet. Eam quippe prudenter temperavit non tam legibus propriis, quam ipsis legum evangelicarum partibus : quæ sane nemini christiano graviores videantur. Videlicet præceptis Dei Ecclesiæque obtemperetur : absint factiones et rixæ : nihil detrahatur de aliena re ; nisi pro religione, patriaque, ne arma sumantur : modestia in victu cultuque servetur : facessat luxus : periculosa chorearum artisque ludicræ lenocinia vitentur.

Facile est intelligere permagnas manare utilitates ex hujusmodi instituto debuisse cum salutari per se, tum ad eam tempestatem mirabiliter opportuno. — Quam opportunitatem et satis indicant coalitæ ejusdem generis ex Dominicana familia aliisque ordinibus sodalitates, et eventus ipse confirmat. Sane illi Franciscalium ordini nomen dare inflammato studio summaque voluntatum propensione ab infimis ad summos vulgo properabant. Optarunt ante alios hanc laudem Ludovicus IX Galliarum rex, et Elisabetha Hungarorum regina : successere ætatum decursu plures ex Pontificibus maximis, item ex Cardinalibus, ex Episcopis, ex regibus, ex dynastis : qui omnes insignia Franciscalia non aliena esse a dignitate sua duxerunt. — Sodales tertii ordinis animum suum in tuenda religione catholica pium æque ac fortem probavere : quarum virtutum si magnam ab improbis subierunt invidiam, ea tamen, quæ honestissima est atque unice expetenda, sapientium et bonorum approbatione numquam caruerunt. Immo Gregorius ipse IX Decessor Noster fidem ipsorum ac fortitudinem publice gratulatus, minime dubitavit et auctoritate sua defendere, et *milites Christi Machabæos alteros*, honoris caussa, appellare. — Neque carebat veritate laus. Magnum enim salutis publicæ præsidium erat in illo hominum ordine qui, propositis sibi auctoris sui virtutibus et legibus, perficiebant, quoad facultas ferret, ut christianæ hone-

statis decora in civitate reviviscerent. Certe ipsorum opera exemplisque extinctæ sæpe aut delinitæ sunt factionum partes : erepta ab efferatorum dextris arma : litium et jurgiorum caussæ sublatæ : parta inopiæ et solitudini solatia : castigata, fortunarum gurges, et corruptelarum instrumentum, luxuria. Quare pax domestica et tranquillitas pnblica, integritas morum et mansuetudo, rei familiaris rectus usus et tutela, quæ sunt optima humanitatis incolumitatisque firmamenta, ex tertio Franciscalium ordine, tamquam ex stirpe quadam, gignuntur : eorumque bonorum conservationem magna ex parte Francisco debet Europa.

Plus tamen, quam ulla ex gentibus ceteris, Francisco debet Italia ; quæ sicut ejus virtutibus princeps theatrum fuit, ita maxime beneficia sensit. — Et sane quo tempore multa multi pro injuria contenderent, ille afflicto et jacenti constanter porrexit dexteram : in summa egestate dives, numquam destitit alienam sublevare inopiam, immemor suæ. Vagiit suaviter in ejus ore patrius sermo recens : vim caritatis simul et poeticæ expressit canticis, quæ vulgus edisceret, quæque admiratione visa sunt non indigna eruditæ posteritatis. Ad Francisci cogitationem, aura quædam afflatusque humano augustior ingenia nostrorum concitavit, ita quidem ut in ejus rebus gestis pingendis, fingendis, cælandis, summorum artificum industria certarit. Nactus est in Francisco Alighierus, quod grandiloquo pariter mellissimoque caneret versu : Cimabue et Giottus, quod Parrhasiis luminibus ad immortalitatem illustrarent ; clari artifices ædificandi, quod magnificis operibus perficerent, vel ad sepulcrum hominis pauperculi, vel ad ædem Mariæ Angelorum, tot tantorumque miraculorum testem. Ad hæc autem templa homines undique commeare frequentes solent, veneraturi Assisiensem patrem pauperum, cui, ut se rebus humanis despoliaverat funditus, ita divinæ bonitatis large copioseque dona affluxerunt.

Igitur perspicuum est, in christianam civilemque rempublicam ab uno hoc homine vim beneficiorum influxisse. Sed quoniam ille ejus spiritus, omnino excellenterque christianus, mirifice est ad omnia et loca et tempora accomodatus, nemo dubitaverit, quin

Franciscalia instituta magnopere sint ætate hac nostra profutura. Eo vel magis, quod horum temporum ratio ad illorum rationem pluribus ex caussis videtur accedere. — Quemadmodum sæculo duodecimo, ita nunc non parum deferbuit divina caritas : nec levis est officiorum christianorum, partim ignoratione, partim negligentia, perturbatio. Simili animorum cursu similibusque studiis, in aucupandis vitæ commodis, in consectandis avide voluptatibus plerique ætatem consumunt. Diffluentes luxuria, sua profundunt, aliena appetunt : fraternitatis humanæ nomen extollentes, plura tamen fraterne dicunt quam faciunt : feruntur enim amore sui, et illa erga tenuiores atque inopes genuina caritas quotidie minuitur. — Per eam ætatem multiplex Albigensium error, concitandis adversus Ecclesiæ potestatem turbis, una simul civitatem perturbarat, et ad quoddam *Socialismi* genus munierat iter. Hodieque similiter *Naturalismi* fautores propagatoresque creverunt : qui subesse Ecclesiæ oportere pertinaciter negant, et longius, quo consentaneum est, gradatim procedentes ne civili quidem potestati parcunt : vim et seditiones in populo probant : agrariam rem tentant ; proletariorum cupiditatibus blandiuntur : domestici publicique ordinis fundamenta debilitant.

In his igitur tot tantisque incommodis, probe intelligitis, Venerabiles Fratres, spem sublevationis non exiguam collocari in institutis Franciscalibus merito posse, si modo in pristinum statum restituantur. — Iis enim florentibus, facile floreret et fides et pietas et omnis christiana laus : frangeretur exlex caducarum rerum appetitio. nec pertæderet, quod maximum atque odiosissimum plerisque putatur onus, domitas habere virtute cupiditates. Concordiæ vere fraternæ vinclis colligati diligerent homines inter se, egenisque et calamitosis, quippe imaginem Christi gerentibus, eam, quam par est, reverentiam adhiberent. — Præterea qui religione christiana penitus imbuti sunt, sentiunt judicio certo, legitime imperantibus conscientia officii obtemperari, nullaque in re violari quemquam oportere : qua animi affectione nihil est efficacius ad extinguendam radicitus omnem in hoc genere vitiositatem, vim, injurias, novarum rerum libidinem, invidiam inter varios

civitatis ordines : in quibus omnibus initia simul atque arma *Socialismi* consistunt. — Denique illud etiam, in quo prudentes rerum civilium tanto opere laborant, de locupletium et egenorum rationibus erit optime constitutum, hoc fixo et persuaso, non vacare dignitate paupertatem : divitem misericordem et munificum, pauperem sua sorte industriaque contentum esse oportere : cumque neuter sit ad hæc commutabilia bona natus, alteri patientia, alteri liberalitate in cælum esse veniundum.

His de caussis Nobis est diu et magnopere in votis, ut quantum quisque potest in imitationem Francisci Assisiensis se intendat. — Idcirco sicut semper antea tertio Franciscalium ordini singularem curam adhibuimus, ita nunc summa Dei benignitate ad gerendum Pontificatum maximum vocati, cum inciderit ut id peropportune fieri possit, christianos homines hortamur, ut nomen dare sanctæ huic Jesu Christi militiæ ne recusent. Plurimi numerantur passim ex utroque sexu, qui Patris Seraphici vestigiis alacri animo jam ingrediuntur. Quorum laudamus tale studium vehementerque probamus, ita tamen ut illud augeri et ad plures propagari, Vobis præsertim adnitentibus, Venerabiles Fratres, velimus. Et caput est commendationis Nostræ, ut qui insignia *Pœnitentiæ* induerint, imaginem spectent sanctissimi auctoris sui, ad eamque contendant : sine qua, quod inde expectaretur boni, nihil esset. Itaque date operam, ut *Tertium Ordinem* vulgo noscant atque ex veritate æstiment : providete, ut qui curam gerunt animarum, doceant sedulo qualis ille sit, quam facile unicuique pateat, quam magnis in animorum salutem privilegiis abundent, quantum utilitatis privatim et publice polliceatur. In quo eo magis est elaborandum, quod sodales Franciscales ordinis primi et alterius gravi in præsens perculsi plaga indigne laborant. Hi quidem utinam, parentis sui patrocinio defensi, celeriter ex tot fluctibus vegeti et florentes emergant ! Utinam etiam christianæ gentes ad disciplinam tertii ordinis confluant, ita alacres itaque frequentes, uti olim undique ad Franciscum ipsum sese certatim effundebant ! — Hoc autem majore contentione poscimus et potiore jure ab Italis speramus, quos unius patriæ necessitudo et uberior

acceptorum beneficiorum copia propensiore jubet esse in Franciscum animo, et majores eidem gratias habere. Ita sane septem post sæculis Italicæ genti et omni christiano orbi contingeret, ut se a perturbatione revocatum ad tranquillitatem, ab exitio ad salutem, hominis Assisiensis beneficio sentiret. Id quidem communi prece, per hos dies maxime, ab ipso Francisco flagitemus : idem contendamus a Maria Virgine matre Dei, quæ famuli sui pietatem ac fidem cælesti tutela donisque singularibus perpetuo remuneravit.

Interea cælestium munerum auspicem, et præcipua Nostræ benevolentiæ testem, Apostolicam benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, universoque Clero et populo singulis concredito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die XVII septembris, A. MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

LETTRE DE SS. LÉON XIII A L'EPISCOPAT D'IRLANDE.

DILECTO FILIO NOSTRO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MAC CABE ARCHIEPISCOPO DUBLINENSI ET VENERABILIBUS FRATRIBUS HIBERNIÆ EPISCOPIS

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI NOSTER, VENERABILES FRATRES,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Benevolentiæ caritas, qua Hibernos complectimur, et cujus augere vim hæc ipsa temporum difficultas videtur, Nos adducit, ut rerum vestrarum cursum singulari cura paternoque animo sequamur. — Ex qua tamen cogitatione plus sollicitudinis, quam solatii capimus, quod nondum apud vos rem publicam videre liceat eo, quo vellemus, statu pacatam atque florentem. Nam ex una parte, gravia premunt adhuc incommoda : ex altera, anceps animorum motus ad turbulenta consilia complures temere rapit : nec defuere, qui atroci se hominum cæde polluerent, quasi fieri possit ut spes felicitatis publicæ in dedecore flagitioque reperiatur.

Harum rerum caussa, Vos, Dilecte Fili Noster, Venerabiles Fratres, non minore quam Nos sollicitudine affectos et antea cognoveramus, et nuper etiam perspeximus ex iis, quæ a Vobis in postremo conventu Dublinensi decreta sunt. Communis enim salutis trepidi probe docuistis, quid quemque in tam acri momento, in medioque certamine vitare oporteat. — In quo sane et convenienter muneri episcopali et e re publica fecistis. Homines enim tunc maxime Antistitum suorum indigent consilio, cum, vehementiore aliqua cupiditate acti, emolumenta rerum fallacibus judiciis vident : ac si quando ad relinquendam honestatem velut

impetu quodam feruntur, Episcoporum est, incitatos multitudinis animos temperare, et ad justitiam necessariamque in omnibus rebus moderationem tempestivis hortationibus revocare. Illud vero optima opportunitate commemoratum a Vobis est divinum præceptum, quæri *primum* oportere *regnum Dei et justitiam ejus:* quo jubentur christiani in omni vitæ actione atque adeo in civicis etiam rebus salutem suam sempiternam respicere, et præ religione officii mortalia omnia minoris ducere. Hæc quidem præscripta servantes, fas est Hibernos fortunæ suæ afflictæ levationem quærere : fas est et pro jure suo contendere : neque enim existimandum, quod singulis gentibus licet, Hiberniæ non licere. — Verumtamen honestate dirigenda utilitas est, ac serio considerandum, caussam quamtumvis justam turpe esse tueri non juste. Abest vero justitia cum ab omni vi, tum maxime a societatibus clandestinis, quæ per speciem vindicandi juris illuc ferme evadunt, ut rerum publicarum permoveant statum. Illæ quidem quanta animi provisione honesto cuique viro fugiendæ sint, sicut non semel Decessores Nostri, Nosque ipsi, ita Vos in conventu Dublinensi opportune monuistis. Nihilominus, his manentibus periculis, erit vigilantiæ vestræ idem sæpe præcipere, Hibernos universos per sanctitatem catholici nominis, perque ipsam patriæ caritatem hortando, nihil ut sibi commune esse velint cum hujus generis societatibus : quæ et ad ea, quæ populus jure petit, nihil prodesse possunt, et nimis sæpe ad delinquendum impellunt quos illecebris suis incenderunt. Cum Hiberni homines gestiant, neque id immerito, *catholicos* appellari, quod est, uti Augustinus interpretatur, *integritatis custodes et recta sectantes* [1], impleant mensuram nominis, et in ipsa rerum suarum defensione studeant esse quod dicuntur. Meminerint *primam esse libertatem carere criminibus* [2], seque in omni vita sic gerant, ut statutas legibus pœnas nemo ipsorum luat *ut homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor* [3].

Par est autem, vestras in populo regendo episcopales curas

(1) Lib. *De vera Religione*, n. 9.
(2) S. Augustinus, tract. XLI *in Joan.* n. 10.
(3) I Petr. IV, 15.

Cleri totius adjuvari virtute, labore, industria. — Quam ad rem quæ de sacerdotibus præsertim junioribus constituenda censuistis, recta et convenientia temporibus judicamus. Etenim sacerdotes, si unquam alias, certe in istis procellis popularibus solertes et operosos conservandi ordinis adjutores esse necesse est. Et quia ut optima quisque opinione floret, ita in aliorum animos maxime potest, eniti debent ut approbationem hominum moveant gravitate, constantia, moderatione factorum atque dictorum : nec vero agere quidquam; quod a prudentia aut a studio placandorum animorum alienum videatur. Facile autem intelligitur, talem fore Clerum, qualem temporum ratio postulat, si sapienti disciplina optimisque præceptis fuerit mature institutus. Nam, ut Patres Tridentini monuerunt, *adolescentium ætas, nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseverat* [1].

Hac via et ratione futurum arbitramur, ut Hibernia prosperam rerum conditionem, quam expetit, nemine violando, consequatur. Etenim, sicut alias Vobis significavimus, Hibernis æqua postulantibus satis facturos, qui rerum publicarum administrationi præsunt, confidimus. Quod non solum veritas suadet, sed spectata etiam ipsorum prudentia civilis, cum dubitari non possit Hiberniæ incolumitatem cum tranquillitate totius imperii esse conjunctam. Nos interim hac spe adducti minime intermittemus Hibernam gentem consiliorum Nostrorum auctoritate juvare, et incensas studio et caritate preces ad Deum fundere, ut populum tot jam virtutum nobilitatum laude propitius respiciat, compositisque fluctibus, optata tandem pace et prosperitate muneretur. Horum autem cælestium munerum auspicem et præcipuæ benevolentiæ Nostræ testem Vobis, Dilecte Fili Noster, Venerabiles Fratres, Clero ac populo universo Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die 1 Augusti An. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

LEO PP. XIII.

(1) Sess. XXIII, *De Reform.* cap. 18.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES RITES.

I.

DANS LA CONCURRENCE, LES FÊTES PRIMAIRES DE RITE DOUBLE MAJEUR LE CÈDENT AUX OFFICES SECONDAIRES DE LA PASSION.

Les règles à suivre dans la concurrence ont toujours divisé les auteurs et les nombreuses décisions de la S. Congrégation des Rites n'ont pu ramener l'accord entre eux. Elles paraissaient d'autant moins propres à établir l'uniformité dans l'enseignement, que chacun les prétendait favorables à son opinion. Il en était ainsi pour la question que la S. Congrégation vient de trancher dans la décision que nous publions.

Un des liturgistes les plus renommés de notre époque, et que la mort a ravi voilà quelque temps, le P. De Carpo enseigne que les offices primaires l'emportent dans la concurrence sur les offices secondaires du même rite. « Quando præcedens et subsequens Officium sunt quidem ejusdem ritus, sed non ejusdem classis, nempe unum de Festo primario, alterum de secundario, Vesperæ integræ erunt de Festo primario, dummodo Festa concurrentia sint saltem duplicia majora (exceptis Festis SS. Angelorum Custodum, Raphaelis et Gabrielis); quippe cum ab hoc tantum ritu incipiat Tabella concurrentiæ *de digniori*, et tale sit Festum primarium præ secundario cujuscumque dignitatis objectivæ; quia, ut supra nº 148, II, explicuimus, illud est classis superioris præ isto [1]. »

(1) *Compendiosa Bibliotheca Liturgica*, Part. II, n. 166, II.

Faisant ensuite l'application de son principe aux fêtes des mystères et des instruments secondaires de la Passion de Notre Seigneur, le savant Observantin dit qu'ils doivent le céder, aussi bien dans la concurrence que dans l'occurrence, aux fêtes primaires d'un rite égal, quoique celles-ci soient objectivement moins dignes : « Officia secundaria *Mysteriorum et Instrumentorum Passionis Domini* pro aliquibus locis a S. Sede concessa tam in occursu quam in concursu cedunt Festis primariis æqualis ritus, quamvis objective sint minus digna ; nisi indultum expresse aliter declaret [1]. »

Cette thèse avait été longuement développée et appuyée de nombreux décrets de la S. Congrégation des Rites, dans un opuscule intitulé : *Questions proposées et discutées à l'Académie liturgique de Rome* [2] ; opinion que M. Falise déclarait « solidement probable, mieux établie que les autres opinions, et pouvant être suivie en pratique [3]. »

Ce système était cependant combattu par la plupart des auteurs récents. De Herdt [4], Bouvry [5], le P. Le Vavasseur [6] ont fait une distinction, au moyen de laquelle se concilient les nombreux décrets de la S. Congrégation, qui paraissent se contredire. Ils distinguent donc les fêtes de première et de seconde classe, des fêtes du rite double majeur ou mineur.

(1) *Ibid.*, Part. IV, n. 30. Il avait déjà émis les mêmes principes dans son *Kalendarium perpetuum*, Cap. V, n 2, 11°, et : Adnotat. ad 31 januarii.

(2) 2e Livraison, n. 72 et ss. pag. 76.

(3) V. notre Tome V, pag. 534 ss.; et Tome XII, pag. 465.

(4) *Sacræ Liturgiæ praxis juxta ritum Romanum*, Part. IV, n. 304.

(5) *Expositio rubricarum Breviarii, Missalis et Ritualis Romani*, Part. II, Sect. III, Titul. XI, n. 4, quær. 2c. — Cf. *Collationes ecclesiasticæ diœcesis Tornacensis*, Tom. V, part. II, pag. 153.

(6) *Cérémonial selon le rit romain*, Part. III, Chap. VIII, art. IV, n. 139, et note (1).

Dans les premières, c'est-à-dire aux fêtes de première et de seconde classe, les règles de concurrence sont les mêmes que celles de l'occurrence. En conséquence, la fête primaire a la préférence, c'est-à-dire aura ses vêpres entières avec mémoire de la fête secondaire.

La S. Congrégation des Rites avait, le 11 mai 1743, donné la préférence à la fête secondaire du Patronage de S. Joseph sur les fêtes de S. Marc et des SS. Apôtres Philippe et Jacques [1]. Mais depuis elle revint sur cette décision. Le 18 décembre 1779, elle déclara que les vêpres entières étaient dues aux Apôtres et aux Evangélistes [2]. Le 16 février 1781, elle rendit une nouvelle décision conforme à la précédente, et en la motivant : parce que la fête du Patronage de S. Joseph n'est qu'une fête secondaire [3]. Une autre décision du 13 mars

(1) « 2. An Patrocinio S. Josephi concurrente cum dictis Festis (D. Marci Evangelistæ, aut SS. Philippi et Jacobi) sint de eo integræ recitandæ Vesperæ, vel dimidiandæ? — Ad 2. Non sunt dimidiandæ, sed integræ persolvendæ Vesperæ de Patrocinio, attenta ratione superius allata (dignitate personæ). » Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum,* n. 4143, Vol. II, pag. 399.

Le 17 août 1771, elle avait rendu une décision conforme pour la concurrence de Notre Dame de Consolation, de 1re classe, avec S. Augustin, Patron de l'ordre des Ermites de S. Augustin. *Ibid.*, n. 4357, ad 2, pag. 483; décision qu'elle confirma le 16 septembre 1801. *Ibid.*, n. 4178, ad 4, Vol. III, pag. 40. Mais elle la révoqua le 20 avril 1822. *Ibid.*, n. 4589, ad 1, pag. 215.

(2) « 11. Ex Decreto 11 Martii 1743 præferri debet Festum Patrocinii S. Joseph Festis Apostolorum et Evangelistarum tam in concurrentia quam in occurrentia : An Vesperæ dimidiandæ sint, vel integræ persolvendæ de Festis Apostolorum? — Ad 11. Vesperæ integræ debentur Apostolis et Evangelistis. » Gardell. n. 4395, *ibid.*, pag. 503.

(3) « Num in occursu et concursu cum Festis Apostolorum et Evangelistarum (Festum Patrocinii S. Joseph) præferentiam obtineat? — Ad 17. Negative, cum agatur de Festo secundario. » Gardell. n. 4401, Vol. III, pag. 3.

1804 corrobora cette jurisprudence [1]; que les décrets du 20 avril 1822 [2], du 11 septembre 1847 [3], du 26 mars 1859 [4], et du 16 septembre 1865 [5] paraissent avoir consacrée définitivement [6].

Pour les doubles mineurs, la S. Congrégation des Rites a décidé, sans tenir compte de la dignité objective des fêtes, que les fêtes secondaires des Saints Anges, de S. Jean Baptiste, de S. Joseph, et des Apôtres, du rite double mineur, partagent leurs vêpres, en cas de concurrence, avec les doubles du même rite. Ses décisions du 12 avril 1883 [7] et du 16 avril 1853 [8] sont formelles. On doit alors appliquer la cinquième règle de la table de concurrence, formulée en ces termes : *Capitulum de sequenti, commemoratio de præcedenti.*

Mais quand il s'agit des doubles majeurs, la S. Congrégation veut que la fête la plus digne [9], ne fût-elle que secondaire,

(1) *Ibid.*, n. 4491, ad 7, pag. 48.

(2) *Ibid.*, n. 4589, ad **1**, pag. 215.

(3) *Ibid.*, n. 5117, ad 1, Vol. IV, pag. 141.

(4) *Ibid.*, n. 5278, ad 1, Vol. V, App. III, pag. 27.

(5) *Ibid.*, n. 5354, pag. 66.

(6) Nous disons *paraissent :* car en est-il ainsi en réalité ? La décision donnée le 15 avril 1890, ad 1, pour la province de Québec, n'est-elle pas de nature à en faire douter ? Elle donne la préférence dans la concurrence à la fête de la S. Famille sur celles de S. Marc, et des SS. Philippe et Jacques (V. notre Tom. XII, pag. 463). Comment concilier cette décision avec toutes celles que nous venons de citer?

(7) « VI. An Festis secundariis Sanctorum Angelorum, S. Joannis Baptistæ, S. Joseph et SS. Apostolorum, concurrentibus cum Sanctis ejusdem ritus, sed inferioris dignitatis, Vesperæ sint dimidiandæ, vel integræ persolvendæ de Sanctis Angelis, de S. Joanne Baptista, de S. Joseph, et de SS. Apostolis ? — Ad VI. Si Festa sint ritus duplicis majoris, servetur Tabella concurrentiæ ad num. 6 ; si sint ritus duplicis minoris, servetur eadem Tabella num. 5. » Gard. n. 4594, Vol. III, pag. 231 et 235. Cf. *ibid.* VII.

(8) *Ibid.*, n. 5183, Dub. II, Quær. 2, Vol. IV, pag. 167.

(9) Si les deux fêtes sont d'égale dignité objective, la fête primaire l'emporte sur la secondaire. La S. Congrégation des Rites a encore

ait les vêpres entières, avec mémoire de la fête concurrente. Le 12 avril 1823, elle ordonna de s'en tenir, dans ces cas, à la sixième règle de la table de concurrence, où nous lisons : *Totum de digniori, commemoratio de minus digno* [1].

Le 22 mai 1841, elle déclara que la fête du Sacré-Cœur, du rite double majeur, en concurrence avec S. Barnabé, aurait les vêpres entières avec mémoire de l'Apôtre [2]. Le 6 septembre 1845, elle donna la même décision pour les fêtes secondaires de Notre Seigneur et de la Sainte Vierge : « 2. An Festa secundaria Domini Beatissimæque Virginis in concurrentia cum officio æqualis ritus debeant gaudere præcedentia? Ad 2. Affirmative [3]. » Le premier septembre 1865, le doute lui fut présenté pour le cas de concurrence des offices de la Passion avec la chaire de S. Pierre à Antioche, et la préférence fut assurée aux premiers : « Concurrente in eadem die Festo Cathedræ Sancti Petri Antiochiæ cum Festo Lanceæ et Clavorum Domini Nostri Jesu Christi, aut alterius cujuscumque Instrumenti Passionis, quale erit præferendum? — In concurrentia Festum Lanceæ et Clavorum, aut alterius cujuscumque Instrumenti Passionis Domini Nostri Jesu Christi præcedere debet Festum Cathedræ Antiochenæ Sancti Petri, illi scilicet Festo integras Vesperas tribuendo. Decretum

fait l'application de cette règle dans sa décision du 22 javier 1876, ad DUB. III. V. notre Tom. VIII, pag. 221.

(1) V. page précéd., note 7.

(2) « I., 2. An dum Festum S. Barnabæ celebratur pridie, vel postridie Festi Sacri Cordis Jesu, Vesperæ integræ debeant esse de Festo Sacratissimi Cordis, vel potius sit servanda Tabella concurrentiæ conformiter ad responsa Sacr. Rit. Congregationis diei 31 Martii 1804 et 20 septembris 1806, quoad Festum Dedicationis? — Ad I... Quoad secundam quæstionem : Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.» Gard. n. 4921, *ibid.*, Vol. IV, pag. 56.

(3) *Ibid.*, n. 5030, ad 2, pag. 103.

autem imprimi jussit. Atque ita declaravit et servari mandavit[1]. »

Enfin pour dissiper tout doute, on vient de consulter la S. Congrégation des Rites, et on lui demanda si les fêtes primaires, du rite double majeur, en concurrence avec les offices secondaires de la Passion, du même rite, devaient l'emporter sur eux? La réponse est négative, et s'appuie sur les décrets que nous venons de rapporter. Voici le texte de la demande et de la réponse :

TORNACEN.

Rmus Dnus Isidorus Du Roussaux Episcopus Tornacensis a Sacra Rituum Congregatione insequentis Dubii resolutionem efflagitavit, nimirum : « An festa primaria ritus duplicis majoris sint præferenda, in concursu, Festis secundariis Passionis Dominicæ, quæ sunt etiam ritus duplicis majoris ? »

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, sic rescribendum censuit :

Negative, juxta Decreta de concurrentia in *Panormitana* diei 12 Aprilis 1823, in *Mechlinien* diei 22 Maji 1841, et *Meliten* diei 6 Septembris 1845.

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 25 Septembris 1882.

Pro Emo ac Rmo D. CARD. DOMINICO BARTOLINI
S. R. C. Præfecto,

CAMILLUS CARD. DI PIETRO Episc. Ostien. et Velitern.

Loc. † sig.

LAURENTIUS SALVATI *S. R. C. Secretarius.*

(1) *Ibid.*, n. 5371, Vol. v, Append. III, pag. 71.

II.

MONITUM.

Nova Officia in Kalendario universalis Ecclesiæ inserenda ex Apostolico Brevi diei 28 Julii 1882 [1] (quod vim obligandi habet anno 1884) assignari poterunt diebus proxime insequentibus vacuis, in iis Kalendariis particularibus perpetuis, in quibus alia officia jam affixa illis diebus reperiuntur, prouti pro Kalendario Urbis provisum fuit.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis hac die 13 Septembris 1882.

LAURENTIUS SALVATI, *S. R. C. Secretarius.*

(1) Nous l'avons donné ci-dessus, p. 314.

DISSERTATION SUR LA MALICE INTRINSÈQUE DU MENSONGE [1].

IIe PARTIE.

DE L'AMPHIBOLOGIE ET DE LA RESTRICTION RÉELLE.

Voici l'ordre que nous suivrons dans cette 2e partie de notre dissertation.

Nous donnerons d'abord quelques notions nécessaires à l'intelligence de la question, notions qui trouveront leur explication dans la suite.

Nous ferons ensuite un exposé général de notre doctrine.

Puis nous appliquerons cette doctrine générale 1° à l'amphibologie, 2° à la restriction.

L'application aux cas particuliers servira à nous expliquer plus clairement.

Et enfin la réfutation de ce qui pourrait rester d'arguments à nos adversaires dissipera toute ombre de difficulté.

I.

I. *De l'amphibologie.*— Nous parlons ici de *l'amphibologie* en tant que distincte de la *restriction :* certains auteurs appellent également la restriction, amphibologie mentale, et donnent le nom d'amphibologie sensible, à l'équivoque ou amphibologie dont il s'agit ici. Cependant l'équivoque, elle aussi, ou l'homonymie proprement dite, se distingue, strictement parlant, de l'amphibologie, en ce que celle-ci se trouve proprement dans la proposition, celle-là au contraire dans les mots seulement jouissant d'un double sens. Comme aussi

(1) V. Tom. XIII, pag. 479 et 481 ; tom. XIV, pag. 258.

l'ambiguïté a une signification plus large que l'amphibologie, par ce qu'elle s'applique également aux faits et aux paroles. Mais cette rigueur de signification se relâche d'ordinaire. Laërt., *lib.* 7 *in Zenone*, enseigne en effet que l'amphibologie *cadit in unam dictionem*. Et de par l'usage commun, l'équivoque et l'amphibologie désignent une énonciation, *verbotenus* simple, mais multiple quant aux sens qu'elle est apte à faire naître dans l'esprit.

Cela posé, voici l'état de la question : quand on se demande s'il est permis d'employer l'équivoque, sans que la vérité, ou plutôt la véracité, en souffre, cela veut dire : est-il permis, en se servant d'ailleurs de paroles aptes, et supportant la signification vraie, d'exprimer sa pensée de manière que l'on prévoie l'erreur de celui qui écoute ? La proposition que vous énoncez, vu l'ambiguïté et la signification multiple qu'ont les paroles dont vous vous servez, ou par elles-mêmes ou au moins par l'usage, présente deux significations ou deux sens : l'un qui s'accorde avec votre jugement intérieur, l'autre qui s'en écarte, et c'est ce dernier que vous prévoyez devoir être saisi par votre auditeur. Ce qui provient, observe Raynaud, de la disette de noms dont souffre le langage. Cette ambiguïté peut se rencontrer de deux façons dans une proposition vocale : de manière que les deux sens soient à peu près également reçus et de commun usage, au moins quelque part, ou bien que l'un des sens soit commun, l'autre très peu fréquent et presque hors d'usage, p. ex. *Petrus est domi ; est* pour *edit*. Nous faisons cette distinction, parce qu'il paraît y avoir plus de difficulté dans le second cas que dans le premier.

II. *La restriction* ou réserve mentale consiste à sous-entendre, à retenir dans l'esprit une limitation d'un jugement, lequel jugement vous exprimez sans cette limitation.

La restriction est ou purement mentale, ou en partie seu-

lement mentale (*late mentalis*), et alors on lui donne aussi le nom de réelle. Elle est réelle, quand les circonstances, les choses extérieures qui accompagnent l'expression du jugement, et qui font fonction de paroles, concourent avec cette expression pour rendre pleinement le sens intérieur avec sa limitation. Elle est purement mentale quand la signification réelle ne s'ajoute point ainsi à la signification verbale,quoique, si la limitation intérieure s'exprimait et se joignait à la proposition absolue exprimée, on aurait un seul sens conforme à la vérité. La restriction sera donc réelle, s'il y a une juste cause de restreindre la signification : car c'est cette cause qui est,en définitive, la circonstance à signification réelle,suffisante pour suppléer aux paroles. Si cette cause suffisante manque,on aura une restriction purement mentale.

Il arrive que la restriction soit telle que par sa nature elle exclue la possibilité d'une pareille cause suffisante,ou en d'autres termes la possibilité de circonstances à signification réelle qui suppléent les paroles. Cela se fait, quand les paroles exprimées ne sont pas proportionnées à la restriction, de sorte que les paroles et le concept sous-entendu soient disparates avec le concept exprimé ; quand, en d'autres termes, les deux concepts l'un sous-entendu, l'autre exprimé, ne peuvent composer un seul sens raisonnable.

Une locution pareille est un plat mensonge, comme on le voit facilement, et ne doit pas être appelée restriction mentale, puisque là il n'y pas un jugement avec sa limitation, ou deux jugements non opposés et connexes même, mais disparates, qui doivent naturellement tendre à fausser la manière de parler humaine.

Quand une vraie restriction mentale n'a pas de juste cause, c'est-à-dire quand elle est purement mentale, nous ne croyons pas qu'on puisse l'excuser de mensonge. Ce qui constitue une

différence avec l'amphibologie, qui, employée même sans cause suffisante, ne constitue jamais proprement un mensonge, quoiqu'elle enfreigne la loi affirmative de la véracité et de la sincérité. «Esto vero non esset in ea... violatio præcepti negativi mendacio interdicentis, est tamen, ut ex D. Thoma eruit et ratione confirmat Suarez, lib. 3, *de Juram.* Cap. XI, n.4..., violatio præcepti affirmativi ad veracitatem ejusve germanam simplicitatem pertinentis, quo quisque, nisi causa proportionata et justa illud concedat, jubetur loqui prout humanus convictus et civilis conversatio postulat,» dit Raynaud [1]. Ce sont en effet deux choses à bien distinguer: autre chose est de mentir, de dire ce qui est faux, autre chose de ne pas dire toute la vérité, ou de cacher, même illicitement, le vrai ; autre chose est que l'expression répugne au jugement intérieur, autre chose qu'elle n'exprime pas adéquatement ce jugement, même quand il y a des motifs qui obligent à l'exprimer, et que par conséquent l'on pèche.

II.

Per generale Decretum die 30 decemb. 1783 editum, et a fel. rec. Pio PP. VI confirmatum die 7 januarii 1784, declaratum fuit : In celebratione nuptiarum, quæ fit extra Dominicam, vel alium diem festum de præcepto, seu in quo occurrat Duplex 1æ vel 2æ classis, etiamsi fiat Officium et Missa de Festo duplici per annum sive majori sive minori, dicendam esse Missam pro sponso et sponsa in fine Missalis, post alias Missas votivas specialiter assignatam : in diebus vero dominicis, aliisque Festis de præcepto, ac duplicibus primæ vel secundæ classis, dicendam esse Missam de Festo cum commemoratione Missæ pro sponso et sponsa. Verumtamen cum interea nonnulla excitata fuerint dubia circa rubricam in hac celebranda Missa servandam, et Parochorum sensus sit varius ; quippe quia aliqui eidem Missæ Hymnum Angelicum adjiciendum censent, cum V. *Ite, Missa est*, in fine ; alii vero etiam Symbolum Nicænum legendum putant, ea freti ratione, quod hæc Missa, ceu solemnis et pro re gravi haberi debeat : ideo ad amputandas controversias et dubitationes, utque ab omnibus unus idemque conveniens ritus servetur, Sacra Rituum Congregatio, me-subscripto Secretario referente, re mature discussa, declaravit atque decrevit, quod firma remanente dispositione præfati Decreti quoad designationem dierum, in quibus Missa votiva pro sponso et sponsa celebrari potest, eamdem esse votivam privatam, proindeque semper legendam sine Hymno Angelico et Symbolo Niceno, cum tribus orationibus : prima videlicet ejusdem Missæ votivæ propria, ut habetur in fine Missalis ; 2a et 3a diei currentis, ut in Rubric. Titul. VII, n. 3,

(1) Gardellini, *Decreta authentica Congregationis SS. Rituum*, n 4544, vol. III, pag. 100.

De Commemorationibus, *Benedicamus Domino* in fine, et *ultimo Evangelio S. Joannis*. Et ita decrevit die 28 Februarii 1818.

La circonstance que cette Messe se célèbre pendant une octave, qui exige le *Credo*, ne lui enlève pas son caractère de Messe votive, et ne la soustrait conséquemment pas à la règle qui lui refuse le *Credo*.

CONSULTATION III.

I. In rubricis Ritualis Romani præcedentibus *formulam*, qua utendum est ad Benedictionem Papalem bis in anno tertiariis elargiendam, habetur : « Admoneatur populus de indulgentia die... etc. etc. *Alta voce legantur Apostolicæ Litteræ* seu decreta quibus indulgentia conceditur, una *cum potestate* Benedictionem Papalem super populum effundendi, ut de delegatione audientibus constet.»

Quæritur : utrum hæ *rubricæ* observandæ sint ?

Et quatenus affirmative ; quænam sint

1° Istæ *Litteræ Apostolicæ* populo prælegendæ ?

2° Quanam formula utendum, ad annuntiandum populo *Potestatem Delegationis ?*

II. An formula a S.S. Leone PP. XIII præscripta pro absolutione Tertiariis impertienda necessario pro validitate indulgentiæ adhibenda sit ?

Resp. ad I. Notre honorable consultant nous paraît s'être trompé, comme beaucoup d'autres, du reste, sur la portée du Bref de S. S. Léon XIII, en tant qu'il restreint à deux seulement par an les Bénédictions Papales que peuvent donner les Supérieurs Réguliers.

Il faut noter qu'il y a deux sortes de bénédictions papales : celles que quelques Ordres Réguliers sont autorisés de donner solennellement à certains jours de l'année ; et celles

que les Tertiaires ou confrères sont autorisés à recevoir plusieurs fois par an d'un confesseur approuvé à cet effet, ou du supérieur de la confrérie.

Les premières se donnent non à une classe de personnes, mais à tout le peuple, comme le définit Benoît XIV, dans la Bulle à laquelle S. S. Léon XIII renvoie [1]. C'est donc à tort qu'on rangerait dans cette catégorie les Bénédictions Papales auxquelles les Tertiaires ont droit.

D'où il suit : 1° Que la restriction posée par S. S. Léon XIII au pouvoir des Réguliers, en le limitant à deux fois par an, ne concerne que les bénédictions solennelles, et ne concerne nullement les bénédictions papales des Tertiaires.

2° Que les rubriques du Rituel Romain, dont il est question dans la Consultation, sont étrangères aux bénédictions papales des Tertiaires, et ne règlent que les bénédictions papales solennelles.

Pour celles-ci, les rubriques du Rituel romain sont obligatoires ; elles ne font que reproduire, et dans les mêmes termes, les prescriptions de la Bulle de Benoît XIV. On doit donc lire au peuple les lettres apostoliques qui confèrent le pouvoir de donner cette bénédiction solennelle, et cela dans la langue originale de l'indult, et en le traduisant ensuite dans la langue vulgaire, afin que le peuple soit complètement édifié sur le pouvoir des Réguliers.

3° Pour la bénédiction papale à accorder aux Tertiaires, on ne doit pas employer d'autre formule que la seconde prescrite par S. S. Léon XIII: *Formula Benedictionis cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis sæcularibus etc.*

Ad II. S. S. Léon XIII abroge toutes les formules usitées jusqu'à ce jour, et ordonne de se servir de celles contenues

(1) Constit. *Exemplis Prædecessorum*, in *Bullar. Bened.* XIV, vol. VI, pag. 51.

dans son Bref. Cette prescription est-elle si rigoureuse que, si l'on s'en écarte, l'indulgence n'est point gagnée ? En d'autres termes, la formule est-elle prescrite sous peine de nullité?

Le Bref de S. S. Léon XIII est muet sur ce point. D'où l'on serait porté à croire que le législateur n'a pas fait dépendre la validité de l'indulgence, de l'emploi de la formule. Nous avons entendu soutenir cette opinion.

On lui oppose cependant une grave objection, une décision de la S. Congrégation des Indulgences touchant la bénédiction papale *in articulo mortis*. On sait que Benoît XIV y a attaché une indulgence plénière et a déterminé la formule à employer pour la communiquer au malade. La Bulle de Benoît XIV ne se prononçait pas non plus sur la nécessité d'employer cette formule pour la validité de l'indulgence. On consulta à ce sujet la S. Congrégation des Indulgences, qui décida, le 5 février 1841, que la validité de l'indulgence était attachée à l'emploi de la formule : « 8° Utrum sacerdos valide conferat indulgentiam plenariam in mortis articulo, omissa formula a Summo Pontifice præscripta, ob libri deficientiam? Respondetur : Negative, quia formula non est tantum directiva, sed præceptiva [1]. » Qu'on remarque le motif allégué par la S. Congrégation. N'est-il pas également applicable à la bénédiction dont nous nous occupons? Le Bref de S.S. Léon XIII n'est-il pas lui aussi préceptif? Il nous semble donc fort douteux qu'on puisse communiquer l'indulgence aux Tertiaires, si l'on n'emploie pas la formule prescrite.

La partie que l'on doit dire au confessionnal, lorsqu'on donne l'absolution générale ou la bénédiction papale après la confession, paraîtra bien longue, et elle le sera en réalité, pour les confesseurs dont le siège est entouré de nombreux péni-

(1) Prinzivalli, *Decreta authentica S. Congreg. Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. DVI, pag. 424.

tents. L'Église permet d'omettre dans ce cas une partie des prières qui accompagnent l'absolution [1]. Ne pourrait-on pas espérer qu'elle se contenterait d'une plus courte formule encore que celle prescrite par le Bref, si les Supérieurs Réguliers en faisaient la demande ?

CONSULTATION IV.

On répand dans ma paroisse et dans les paroisses avoisinantes une feuille imprimée à Paris, intitulée : *Les pardons du petit Chapelet privilégié des Religieuses de l'Annonciade, etc.*, contenant des Indulgences vraiment mirobolantes, comme vous pourrez en juger vous-même par l'inspection de la pièce que je vous envoie. Les indulgences y annoncées sont-elles authentiques [2] ?

Rép. Ce n'est pas la première fois qu'on nous interroge au sujet de cette feuille et des indulgences qu'elle annonce. Nous avons montré qu'elles étaient réprouvées par le Saint-Siège [3]. Il suffirait, pour le prouver, de dire que cette feuille n'étant pas revêtue de l'approbation de la S. Congrégation ou de l'Ordinaire, tombe sous les règles de l'Index [4]. On ne peut donc ni tenir, ni lire, ni propager ces feuilles. Ajoutons qu'elles contiennent des indulgences apocryphes, fausses.

Nous nous contenterons, pour nos lecteurs qui n'ont point le volume où nous avons traité cette question, de rapporter le Décret de Benoît XIV qui révoque les anciennes Indulgences, encore invoquées dans ces feuilles, et en accorde de nouvelles,

(1) *Rituale Romanum*, Titul. *Ordo ministrandi sacramentum Pœnitentiæ*, Absolutionis forma.

(2) Nous omettons la reproduction de cette pièce, parce que nous l'avons déjà publiée en entier dans notre tome VI, pag. 318.

(3) V. tom. VI, pag. 318 et 540.

(4) *Index librorum prohibitorum.* Decreta de libris prohibitis, nec in Indice nominatim expressis, § III, n. 12, pag. XLVI, edit. Roman. 1877.

qui ont été confirmées par le Pape Pie IX, le 13 janvier 1860. Nos lecteurs sauront ainsi quelles sont les véritables indulgences attachées à ce Chapelet, et pourront prémunir leurs ouailles contre cette fraude mercantile. Voici le Décret de Benoît XIV, tel que le rapporte Prinzivalli [1].

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui quotidie per integrum mensem Coronam Beatæ Joannæ Valesiæ triplicatum Rosarium nuncupatum devote recitaverint, semel intra eumdem mensem, die nempe ab unoquoque ad sui libitum eligenda, in qua vere pœnitentes, confessi ac sacra communione refecti, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequi valeant. His vero qui in singulis feriis sextis Quadragesimæ, singulisque septem B. M. Virginis festivitatibus, ut supra dictam Coronam recitaverint, septem annorum totidemque Quadragenarum. Ac tandem pro qualibet ejusdem Coronæ devota recitatione Indulgentiam centum dierum in perpetuum benigne concessit. Revocatis omnibus et singulis Indulgentiis, quæ pro ejusdem coronæ recitatione asserebantur concessæ.

Declaravit insuper Sanctitas Sua, ut quis consequi possit præfatas Indulgentias, requiri, ut Corona sit de more benedicta a Superioribus Ordinis Annunciationis B. M. Virginis sub regula S. Francisci a Sede Apostolica approbati, vel a quolibet confessario Monialium ejusdem Ordinis, et propterea eisdem Superioribus et Confessariis dictas Coronas benedicendi facultatem tribuit et impertitus est.

In distribuendis vero hujusmodi Coronis, eorumque usu, Sanctissimus servari jussit decretum fel. rec. Alexandri PP. VII editum sub die 6 Februarii 1657, nimirum : ne hujusmodi Coronæ, utpote benedictæ, vendantur, aut alteri commodentur, aut præca-

(1) *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. ccxxv, pag. 170.

rio dentur, alioquin careant Indulgentiis jam concessis; et aliqua ex eis deperdita, alia subrogari nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit.

Datum Romæ die 6 Martii 1756.

FR. J. CARD. PORTOCARRERO, Præf.
A. E. VICECOMES, *Secret.*

Aucun changement n'a été introduit depuis lors dans les indulgences. Au contraire, S. S. Pie IX a confirmé sur ce point le Décret de Benoît XIV, et ordonné de l'observer exactement[1].

CONSULTATION V.

Vous avez exposé les rites de la confirmation, mais il y a deux points sur lesquels j'attendais des éclaircissements et que vous n'avez pas touchés. Je me permets donc de vous demander de me donner la solution des deux questions suivantes :

1. L'Évêque prend-il la mitre pour donner aux confirmés la bénédiction finale ?

2. Faut-il qu'on récite ensuite à haute voix le *Pater*, l'*Ave* et le *Credo*, avant de quitter l'église ? — S'il le faut, qui doit le faire : le Prélat, un Prêtre, un Parrain ou un des enfants ?

RESP. AD 1. Si nous comprenons bien notre respectable abonné, il s'agit de la Bénédiction qui suit ces mots du Pontifical : *Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet Dominum.* Or, il est évident par le texte même de la rubrique que cette bénédiction est donnée par le Prélat, la tête découverte. Voici en effet ce que nous lisons, après que l'antienne *Confirma hoc* a été chantée ou récitée pour la seconde fois :

(1) Decret. 13 Januar. 1860. On y lit : « 5. Confessarius ordinarius præfatæ domus, licet presbyter e Clero sæculari, poterit benedicere triplicem coronam juxta indultum Benedicti XIV, die 6 Martii 1756 typis Rev. Cameræ Apostolicæ editum, *servata in reliquis omnibus illius forma et tenore.* » Apud *Analecta Juris Pontificii*, Sér. VI, col. 2398.

Pontifex *deposita mitra* surgit et stans versus ad altare, junctis ancte pectus manibus, dicit : ℣. *Ostende, etc. etc.* Deinde junctis adhuc ante pectus manibus, et omnibus confirmatis devote genua flectentibus, dicit : Oremus. Deus qui Apostolis.... ℟. Amen. Deinde dicit : Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet Dominum. Et vertens se ad confirmatos, faciens super eos signum crucis, dicit : Bene ✝ dicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Jerusalem omnibus diebus vitæ vestræ, et habeatis vitam æternam. ℟. Amen.

Expedita itaque confirmatione, Pontifex sedens, *accepta mitra* patrinis et matrinis annunciat, quod instruant filios suos bonis moribus, quod fugiant mala et faciant bona, et doceant eos *Credo in Deum*, et *Pater noster* et *Ave Maria*, quoniam ad hoc sunt obligati [1].

Donc c'est seulement *après* avoir donné la bénédiction et s'être assis, que l'Évêque, d'après le Pontifical, reprend la mitre.

Ad 2. Nous trouvons la réponse à cette question dans la dernière rubrique que nous venons de citer : *Expedita itaque...* Rien qui puisse nous faire croire qu'il y ait une obligation quelconque de réciter le *Pater*, l'*Ave* et le *Credo*.

Comment donc a pu s'accréditer en certains lieux l'opinion contraire ? Claude De Vert répondait déjà de son temps à cette question :

Occupés à des devoirs plus essentiels et plus importants, en un mot ne pouvant tout faire par eux-mêmes, ils (*les Evêques*) se reposent ordinairement du soin des cérémonies extérieures et indifférentes, sur leurs chapelains ou aumôniers, qui, peu instruits ou moins attentifs, leur font quelquefois sur cela prendre le change. Et, pour en venir en particulier à ce qui se passe en certains diocèses à la Confirmation, on prétend qu'un Prélat ayant chargé un de ses aumôniers de la commission de lui dresser un

[1] *Pontificale Romanum*, Titul. *De confirmandis.*

petit Pontifical commode et portatif, dont toutes les rubriques fussent retranchées et qui contînt seulement les formules des prières nécessaires pour les fonctions épiscopales ; cet aumônier, laissant à part tout le rouge de cette rubrique du Pontifical (que même, selon toute apparence, il ne lut point du tout) :*Expedita itaque*... ; il n'en réserva que ces mots, qui y sont marqués en noir : *Credo in Deum*, *Pater noster*, *Ave Maria*.

Ce qui fit que comme, faute de rubrique, on ignorait l'usage de ce symbole et de ces prières, on les mit tout naturellement sur le compte des nouveaux confirmés et on les leur fit réciter (quoique la rubrique porte seulement que les parrains et marraines seront avertis d'apprendre toutes ces prières à leurs filleuls et filleules). Et de là, dit-on, cette pratique s'est introduite d'abord dans les diocèses où on est venu à se servir de ce Pontifical abrégé, et puis par communication en d'autres [1].

Monsieur l'abbé J. L. Bon, dans son *Cérémonial selon le rite romain pour la visite pastorale des Evêques* (Carpentras, 1862), ne trouve pas mauvais qu'on récite ces prières. Au § IV, p. 45, après avoir donné la traduction de la rubrique que nous avons citée, il ajoute : « Pour remplir ses intentions « (*de l'Evêque*), ordinairement on fait réciter le symbole des « Apôtres, l'Oraison Dominicale et la Salutation Angélique « aux confirmés, avant de sortir de l'église. — On ne doit pas « oublier de prier pour l'Evêque ; c'est un devoir de recon- « naissance. A cet effet, un des Prêtres assistants, ordinaire- « ment le curé, récite pour lui, à haute voix, une prière à « laquelle répondent les nouveaux confirmés et tous les fidèles « présents. »

Si l'Evêque veut ensuite donner la bénédiction pontificale, selon le rite usité, rien ne paraît s'opposer à ce qu'il le fasse et par conséquent il prendra, au moment voulu, la mitre et même la crosse.

[1] *Explication des cérémonies de la Messe*, tom. 1, pag. 18 et 19.

ENCYCLIQUE DE S. S. LÉON XIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS UNIVERSOS IN REGIONE HISPANA.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS IN REGIONE HISPANA,

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum multa sint, in quibus excellit generosa ac nobilis Hispanorum natio, tum illud est in prima commendatione ponendum, quod, post varios rerum et hominum interitus, pristinum illud ac prope hereditarium retineat fidei catholicæ studium, quocum semper visa est Hispani generis salus et magnitudo conjuncta. — Quod quidem studium plura argumenta declarant : præcipue vero eximia in hanc Sedem Apostolicam pietas, quam omni significationum genere, litteris, liberalitate, susceptis religionis caussa peregrinationibus, Hispani homines sæpe et præclare testantur. Neque interitura est paulo superioris temporis memoria, quo tempore ipsorum animum fortem æque ac pium Europa spectavit, cum Sedem Apostolicam adversorum eventuum calamitas attigisset. — In his rebus omnibus, præter singulare quoddam Dei beneficium, agnoscimus, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, vigilantiæ vestræ fructum : itemque laudabile ipsius po-

puli propositum, qui per hæc tam infensa catholico nomini tempora religioni avitæ studiose adhærescit, neque dubitat magnitudini periculorum parem constantiæ magnitudinem opponere. Profecto nihil est, quin de Hispania sperari jure queat, si modo talem animorum affectionem caritas aluerit, et stabilis voluntatem concordia roboraverit. — Verum quod ad hanc partem, non enim dissimulabimus id quod est, cum cogitamus agendi rationem, quam aliquot ex Hispania catholici homines ineundam putant, dolor quidam objicitur animo cum nonnulla similitudine anxiæ sollicitudinis, quam Paulus Apostolus olim, Corinthiorum caussa, susceperat. Tuta et tranquilla catholicorum cum inter se tum maxime cum Episcopis suis istic concordia permanserat : eoque nomine Gregorius XVI Decessor Noster jure laudavit Hispanam gentem, quod ejus pars *longe maxima in veteri sua erga Episcopos et inferiores pastores canonice constitutos reverentia* perseveraret [1]. Nunc tamen, interjectis partium studiis, vestigia apparent dissensionum, quæ in varias velut acies distrahunt animos, ipsasque societates, religionis gratia constitutas, non parum perturbant. Incidit sæpe, ut apud disquirentes, qua potissimum ratione expediat rem catholicam tueri, minus quam æquum est, Episcoporum valeat auctoritas. Quin immo interdum si quid Episcopus suaserit, si quid etiam pro potestate decreverit, non desunt qui moleste ferant, aut aperte reprehendant, sic accipientes, ut voluisse illum existiment alteris gratificari, alteros offendere. — Jamvero plane perspicitur quanti referat, incolumem esse animorum conjunctionem, eo vel magis quod in tanta ubique pravarum opinionum licentia, in tam acri insidiosaque Ecclesiæ catholicæ oppugnatione, omnino necesse est, christianos universos collatis in unum viribus maximaque voluntatum conspiratione resistere, ne calliditate atque impetu adversariorum separatim oppressi succumbant. Igitur hujusmodi incommodorum cogitatione permoti, Vos, his litteris, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, appellamus, vehementerque petimus, ut salutarium monitorum Nostro-

[1] Alloc. *Afflictas* Kal. Mart. 1841.

rum interpretes in firmanda concordia prudentiam auctoritatemque vestram adhibeatis.

Erit autem opportunum primo loco rei sacræ reique civilis meminisse rationes mutuas, quia multi contrario errore falluntur. Solent enim nonnulli rem politicam a religione non distinguere solum, sed penitus sejungere ac separare, nihil ut esse utrique commune velint, nec quicquam ad alteram ab altera influere putent oportere. Hi profecto non multum ab iis distant, qui civitatem constitui administrarique malunt, amoto cunctarum procreatore dominoque rerum Deo: ac tanto deterius errant, quod rempublicam uberrimo utilitatum fonte temere prohibent. Nam ubi religio tollatur, vacillare necesse est illorum stabilitatem principiorum, in quibus salus publica maxime nititur quæque vim a religione capiunt plurimam, cujusmodi potissimum sunt, juste moderateque imperare, propter conscientiam officii subesse, domitas habere virtute cupiditates, suum cuique reddere, aliena non tangere.

Verum sicut iste tam impius declinandus est error, sic etiam fugienda illorum opinio præpostera, qui religionem cum aliqua parte civili permiscent ac velut in unum confundunt, usque adeo ut eos,qui sint ex altera parte, prope descivisse a catholico nomine decernant. Hoc quidem est factiones politicas in augustum religionis campum perperam compellere : fraternam concordiam velle dirimere, funestæque incommodorum multitudini aditum januamque patefacere. — Igitur oportet rem sacram remque civilem, quæ sunt genere naturaque distinctæ, etiam opinione judicioque secernere. Nam hoc genus de rebus civilibus, quantumvis honestum et grave, si spectetur in se, vitæ hujus, quæ in terris degitur, fines nequaquam prætergreditur. Contra vero religio, nata Deo et ad Deum referens omnia, altius se pandit cælumque contingit. Hoc enim illa vult, hoc petit, animum, quæ pars est hominis præstantissima, notitia et amore Dei imbuere, totumque genus humanum ad futuram civitatem, quam inquirimus, tuto perducere. Quapropter religionem, et quidquid est singulari quodam vinculo cum religione colligatum, rectum est superioris ordinis esse ducere. Ex quo consequitur, eam, ut est summum

bonum, in varietate rerum humanarum atque in ipsis commutationibus civitatum debere integram permanere : omnia enim et temporum et locorum intervalla complectitur. Fautoresque contrariarum partium, cetera dissentientes, in hoc oportet universi conveniant, rem catholicam in civilitate salvam esse oportere. Et ad istud nobile necessariumque propositum, quotquot amant catholicum nomen debent velut fœdere icto studiose incumbere, silere paulisper jussis diversis de caussa politica sententiis, quas tamen suo loco honeste legitimeque tueri licet. Hujus enim generis studia, modo ne religioni vel justitiæ repugnent, Ecclesia minime damnat ; sed procul omni concertationum strepitu, pergit operam suam in communem afferre utilitatem, hominesque cunctos materna caritate diligere, eos tamen præcipue, quorum fides pietasque constiterit major.

Concordiæ vero quam diximus, idem est in re christiana, atque in omni bene constituta republica fundamentum : nimirum obtemperatio legitimæ potestati, quæ jubendo, vetando, regendo, varios hominum animos concordes et congruentes efficit. Quam ad rem nota omnibus atque explorata commemoramus : verumtamen talia, ut non cogitatione solum tenenda, sed moribus et usu quotidiano, tanquam officii regula, servanda sint. — Scilicet sicut Pontifex Romanus totius est Ecclesiæ magister et princeps, ita Episcopi rectores et capita sunt Ecclesiarum, quas rite singuli ad regendum acceperunt. Eos in sua quemque ditione jus est præesse, præcipere, corrigere, generatimque de iis, quæ e re christiana esse videantur, decernere. Participes enim sunt sacræ potestatis, quam Christus Dominus a Patre acceptam Ecclesiæ suæ reliquit : eamque ob caussam Gregorius IX Decessor Noster: Episcopos, inquit, « *in partem sollicitudinis vocatos vices Dei gerere* « *minime dubitamus* [1]. » Atque hujusmodi potestas Episcopis est summa cum utilitate eorum, in quos exercetur, data : spectat enim natura sua ad *ædificationem corporis Christi*, perficitque ut Episcopus quisque, cujusdam instar vinculi, christianos, quibus

(1) Epist. 198, lib. 13.

præest, et inter se et cum Pontifice maximo, tamquam cum capite membra, fidei caritatisque communione consociet. In quo genere gravis est ea sancti Cypriani sententia: « *Illi sunt Ecclesia,* « *plebs sacerdoti adunata, et Pastori suo grex adhærens* [1] : » et gravior altera : « *Scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, et Ecclesiam* « *in Episcopo, et si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non esse* [2].» Talis est christianæ reipublicæ constitutio, eaque immutabilis, ac perpetua ; quæ nisi sancte servetur, summa jurium et officiorum perturbatio consequatur necesse est, discissa compositione membrorum apte cohærentium in corpore Ecclesiæ, « *quod per nexus et* « *conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum* « *Dei* [3]. » Ex quibus apparet, adhibendam esse adversus Episcopos reverentiam præstantiæ muneris consentaneam, in iisque rebus, quæ ipsorum potestatis sunt, obtemperari oportere.

Perspectis autem studiis, quibus multorum animi istic hoc tempore permoventur, Hispanos omnes non hortamur solum, sed plane obsecramus, ut sese hujus tanti officii memores impertiant. — Ac nominatim vehementer studeant modestiam atque obedientiam tenere qui sunt ex ordine Cleri, quorum dicta factaque utique ad exemplum in omnes partes valent plurimum. Quod in muneribus suis insumunt operæ, tum sciant maxime fructuosum sibi, proximisque salubre futurum, si se ad imperium ejus nutumque finxerint, qui Diœcesis gubernacula tenet Profecto sacerdotes tradere se penitus partium studiis, ut plus humana, quam cælestia curare videantur, non est secundum officium. Cavendum igitur sibi esse intelligant, ne prodeant extra gravitatem et modum. Hac adhibita vigilantia, pro certo habemus, Clerum Hispanum non minus animorum saluti quam rei publicæ incremento virtute, doctrina, laboribus, magis magisque in dies profuturum.

Ad ejus adjuvandam operam eas societates non parum judicamus opportunas, quæ sunt tamquam auxiliariæ cohortes catholico

(1) Epist. 69 *ad Pupianum.*
(2) *Ibid.*
(3) *Coloss.* II, 19

nomini provehendo. Itaque illarum probamus institutum et industriam, ac valde cupimus, ut aucto et numero et studio majores edant quotidie fructus. — Verum cum sibi proposita sit rei catholicæ tutela et amplificatio, resque catholica in Diœcesibus singulis ab Episcopo geratur, sponte consequitur, eas Episcopis subesse et ipsorum auctoritatis auspiciisque tribuere plurimum oportere. — Neque minus elaborandum ipsis est in conjunctione animorum retinenda : primo enim hoc est cuivis hominum cœtui commune, ut omnis eorum vis et efficientia a voluntatum conspiratione proficiscatur : deinde maxime decet in hujusmodi sodalitatibus elucere caritatem mutuam, quæ debet esse ad omnia rectefacta comes, disciplinæque christianæ alumnos velut signum et nota distinguere. Quapropter cum sodales facile possint de re publica diversi diversa sentire, idcirco ne concordia animorum contrariis partium studiis dirimatur, meminisse oportet, quorsum spectent societates, quæ a re catholica nominantur, et in consiliis capiundis ita habere animos in uno illo proposito defixos, ut nullius partis esse videantur, memores divinæ Pauli Apostoli sententiæ : « *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber..... omnes enim vos unum estis in Christo* [1]. » — Qua ratione illud capietur commodi, ut non modo socii singuli, sed variæ etiam ejusdem generis societates, quod est diligentissime providendum, amice ac benevole consentiant. Sepositis quippe, ut diximus, partium studiis, infensarum æmulationum præcipuæ erunt occasiones sublatæ ; eritque consequens, ut ad se una omnes caussa convertat, eademque maxima et nobilissima, de qua inter catholicos hoc nomine dignos nullus potest esse dissensus.

Denique magni refert, sese ad hanc ipsam disciplinam accomodare, qui scriptis, præsertim quotidianis, pro religionis incolumitate dimicant. — Compertum quidem Nobis est, quid studeant, qua voluntate contendant ; neque facere possumus, quin de catholico nomine meritos justa laude prosequamur. Ve-

(1) *Galat.* III, 27-28.

rum suscepta ipsis caussa tam excellens est tamque præstans, ut multa requirat, in quibus labi justitiæ veritatisque patronos minime decet : neque enim debent, dum unam partem officii curant, reliquas deserere. Quod igitur societates monuimus, idem scriptores monemus, ut amotis lenitate et mansuetudine dissidiis, conjunctionem animorum cum ipsi inter se, tum in multitudine, tueantur : quia multum pollet scriptorum opera in utramque partem. Concordiæ vero cum nihil tam sit contrarium, quam dictorum acerbitas, suspicionum temeritas, insimulationum iniquitas, quidquid est hujusmodi summa animi provisione fugere et odisse necesse est. Pro sacris Ecclesiæ juribus , pro catholicis doctrinis non litigiosa disputatio sit, sed moderata et temperans, quæ potius rationum pondere, quam stilo nimis vehementi et aspero victorem certaminis scriptorem efficiat.

Istas igitur agendi normas plurimum arbitramur posse ad eas caussas, quæ perfectam animorum concordiam impediunt, prohibendas. Vestrum erit, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, mentem Nostram populo interpretari, et quantum potestis contendere, ut ad ea, quæ diximus, vitam quotidianam universi exigant. — Quod sane Hispanos homines ultro effecturos confidimus cum ob spectatam erga hanc Apostolicam Sedem voluntatem, tum ob speranda concordiæ beneficia Domesticorum exemplorum memoriam renovent : cogitent, majores suos, si multa fortiter, multa præclare domi forisque gesserunt, plane non dissipatis dissentiendo viribus, sed una velut mente, unoque animo gerere potuisse. Etenim fraterna caritate animati et *id ipsum invicem sentientes*, de præpotenti Maurorum dominatu, de hæresi, de schismate triumpharunt. Igitur quorum accepere fidem et gloriam, eorum vestigiis insistant, imitandoque perficiant, ut illi non solum nominis, sed etiam virtutum suarum superstites reliquisse videantur.

Ceterum expedire vobis, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, ad conjunctionem animorum similitudinemque disciplinæ existimamus, qui in eadem estis provincia et inter vos et cum Archiepiscopo consilia identidem conferre, de rebus communibus una consulturos : ubi vero res postulaverit, hanc adire Sedem

Apostolicam, unde fidei integritas et disciplinæ virtus cum veritatis lumine proficiscitur. — Cujus rei percommodam allaturæ sunt opportunitatem peregrinationes, quæ passim ex Hispania suscipiuntur. Nam ad componenda dissidia dirimendasque controversias nihil est aptius, quam Ejus vox, quem Christus Dominus princeps pacis vicarium constituit potestatis suæ : itemque cælestium charismatum copia, quæ ex Apostolorum sepulcris large dimanat.

Verumtamen quoniam *omnis sufficientia nostra ex Deo est*, Deum enixe Nobiscum una adprecamini, ut monitis Nostris virtutem efficiendi impertiat, animosque populorum promptos ad parendum efficiat. — Communibus adnuat cœptis augusta Dei parens Maria Virgo Immaculata, Hispaniarum patrona : adsit Jacobus Apostolus, adsit Theresia a Jesu, virgo legifera, magnum Hispaniarum lumen, in qua concordiæ amor, patria caritas, obedientia christiana mirabiliter in exemplum eluxere.

Interim cælestium munerum auspicem et paternæ benevolentiæ Nostræ testem vobis omnibus, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres , cunctæque genti Hispanorum Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud s. Petrum die VIII decembris A. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PP. XIII.

DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

LES EXÉCUTEURS DES DISPENSES DE MARIAGE NE PEUVENT PERCEVOIR AUCUN EMOLUMENT DE CE CHEF.

Mense Augusti anno 1870 ad exitum vergente, Reverendissimus Granatensis Episcopus sequens postulatum S. C. C. porrexit : « In cunctis dispensationibus, quæ ab Apostolica Sede super matrimonii impedimentis conceduntur, Sanctitas Sua Officiali Episcopi hæc graviter imponere solet : — Discretioni tuæ... per præsentes committimus et mandamus, quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris aut præmii, etiam sponte oblati, a quo te omnino abstinere debes, monemus.... de præmissis te diligenter informes... Volumus autem quod si spreta monitione nostra hujusmodi, aliquid muneris aut præmii occasione dispensationis prædictæ exigere aut oblatum recipere præsumpseris, excommunicationem latæ sententiæ incurras.— Hæc vero excommunicatio est summo Pontifici reservata in dispensationibus in forma pauperum expeditis, et nihilominus dispensatio tunc per Officialem facienda nullius declaratur roboris vel momenti.

« Quamvis adeo clara hæc appareat prohibitio ne Officialis quidquam muneris vel præmii etiam sponte oblati, pro dispensationum Apostolicarum executione exigere, nec etiam accipere possit, illudque pluries apud Garcia, Conrado, aliosque probatos auctores, istæc S. Congregatio Concilii declaraverit, contrariam etiam immemorabilem consuetudinem, si qua sit, abusum et corruptelam, declarando et reprobando, ut nemo se illa tueri possit; nihilominus adeo his in regionibus invaluit hæc consuetudo, ut nulla pene in tota Hispania Curia Episcopalis inveniatur, in qua Officialis ob dispensationum Apostolicarum executionem quædam munera, præmia, vel stipendia nedum accipere, sed et exigere non soleat.

« Officiales hanc exactionem his rationibus, ut abitror, tueri pergunt tum ex vi consuetudinis universalis et immemorabilis, tum ob laborem quem in studendo processu et testibus examinandis impendunt,tum quia salarium ab Episcopo vel ab Ecclesia assignatum ut plurimum non habent, nec habere possunt , reditibus ecclesiasticis adeo nunc imminutis, tum demum quorumdam non infimæ notæ scriptorum auctoritate suffulti.

« Cum ergo de re hic agatur summi momenti, tum ut omnium retro Officialium conscientiæ consulatur, tum maxime ut tot dispensationum in forma pauperum expeditarum ad hæc usque tempora, cum hoc vitio executioni per Officiales mandatarum, simulque matrimoniorum inde consecutorum validitati pariter consulatur, Sanctitatem Suam exoro, ut per decretum generale declarare dignetur, utrum præfata consuetudo ob allatas rationes tolerari possit, Officialesque tuta conscientia aliquid muneris vel præmii pro dispensationum Apostolicarum executione recipere, vel exigere possint, non obstantibus præfatis clausulis Litterarum Apostolicarum. Quod quidem in his tristissimis rerum adjunctis, in quibus Officiales nulla fere alia emolumenta, præter illa quæ pro dispensationum Apostolicarum executione recipiunt, recipere solent, benigne concedendum videtur.

«Quod si negative huic quæsito respondere necessarium videatur, etiam atque etiam Sanctitatem Suam deprecor, ut de opportuno remedio tantis malis providere dignetur.»

Hisce acceptis et omnibus de S. C. C. disciplina absolutis, causa acta fuit in plenariis comitiis diei 22 Junii 1871, et propositis dubiis : — An et quomodo tolerari possit consuetudo in casu ? — *Et quatenus negative :* — An et quomodo consulendum in casu ? — Responsum prodiit : — Dilata et ad mentem D. Secretario panditam.

Anno 1880 per Epistolam Præsulis Mindonensis quæstio hæc iterum excitata fuit, ut tandem aliquando hac super controversia solutio prodiret. Hoc epistolio recepto, quoniam inoliti Juris potissima ratio videbatur rimari posse in allegata consuetudine, abs re haud esse putatum fuit, exquirere vigentem methodum in

tribunali Cardinalis hujus almæ Urbis Vicarii ; et simul rogatus fuit Apostolicus Nuntius in peninsula Iberica, ut referret an asserta consuetudo esset reapse universalis : eamdem inquisitionem fieri curatum fuit per organum S. Congregationis de Propaganda Fide in nonnullis Americæ Curiis.

Eminentissimus Urbis Vicarius retulit, in sua Curia nihil ab ævo omnino lucrari executores dispensationum super impedimentis matrimonii. Officiales vero aliquid muneris vel præmii semper perceperunt et percipiunt : sed ratio et titulus hujus perceptionis est labor impensus in conficiendo processu, in testibus examinandis, in exarando decreto executoriali.

Quoad Hispaniam vero fere omnes illius regni Præsules unanimi choro asseruerunt consuetudinem in themate universalem et immemorabilem esse, si illud excipias quod Curiæ Episcopales discriminantur in taxarum calculo, et in personis quæ eas percipiunt : aliquibus enim locis etiam Vicarii generales eorum participes fiunt, dum in aliis excluduntur.

Alius contra mos vigere comperitur in Americæ regionibus, prouti ex litteris datis S. C. C. per organum S. C. de propaganda Fide patet. Inibi enim Curiæ Episcopales vel nihil omnino, vel si quid percipiunt, id raro cedit favore Curiæ Cancellarii, sed vel ad expensas Cancellariæ solvendas, vel tanquam eleemosyna in pium opus impenditur.

Hisce itaque præjactis, enodandum propositum fuit sequens dubium :

I. An et quomodo tolerari possit consuetudo in casu? — *Et quatenus negative :*

II. An et quomodo consulendum in casu ?

Resolutio. — S. C. C. re cognita, sub die 28 Januarii 1882, censuit respondere :

Ad I. Quoad executores, negative in omnibus.

Ad II. Consulendum Sanctissimo pro sanatione in radice dispensationum et matrimoniorum quæ nullitatis vitio laborant et pro absolutione ad cautelam et condonatione quoad executores.

DÉCISIONS DE LA S. CONGRÉGATION DES INDULGENCES.

—

I.

TOUCHANT LES ABSOLUTIONS GÉNÉRALES ET LES BÉNÉDICTIONS PAPALES POUR LES RÉGULIERS ET LES TERTIAIRES.

Tres Ministri Generales Ordinum S. Francisci, Conventualium nempe, Minorum Observantium et Capucinorum, sub quorum uniuscujusque directione Fratres et Sorores adsunt, ad uniformitatem quoad Tertiarios universos sub qualibet directione constitutos inducendam, consilium inierunt unicum conficiendi Manuale quod omnibus foret commune. Illud a Fr. Nicolao a S. Joanne exaratum quatuor constat partibus, quarum prima notiones generales totius tertii Ordinis exponit, aliæ vero et Regulas tradunt, cæremonias recensent et indulgentias. Pars vero, quæ indulgentias recensebat, huic S. Indulgentiarum Congregationi exhibita fuit pro facultate obtinenda illam evulgandi. Imo supplex quoque libellus porrectus fuit pro novis gratiis et privilegiis favore Tertiariorum impetrandis.

Ex parte quoque Præsidis generalis Societatis S. Francisci Salesii expositum fuit, Societatem hanc per rescriptum Summi Pontificis sub die 1 Maii 1873 participem factam fuisse privilegiorum quibus gaudent Chordigeri S. Francisci, ac proinde quærebatur, utrum inter hæc privilegia reperiretur illud quoque Absolutionis Generalis, et quatenus *Negative*, enixe flagitabatur ut facultas elargiendi Absolutionem Generalem quater saltem in anno concederetur.

Interim dum Sacra Indulgentiarum Congregatio hæc omnia ad examen revocabat, in primis animadvertebat, diversas formulas

impertiendi tum Generalem Absolutionem per annum, tum in articulo mortis et Benedictionem Papalem, quæ sive in exhibito Manuali pro Tertiariis, sive in Summariis indulgentiarum et privilegiorum iisdem concessorum legebantur, haud levem facessere difficultatem. Quæ quidem difficultas pro formulis Generalis Absolutionis eo magis aucta est, quod a nonnullis locus factus est controversiæ potissimum de virtute et efficacia Absolutionis Generalis. His vero accesserunt aliæ quæstiones a confessario Monialium Ordinis S. Francisci diœcesis Viterbiensis et Tuscanensis propositæ, quæ pariter ad Generalem Absolutionem referebantur.

Quare hæc Sacra Indulgentiarum Congregatio haud cunctandum esse censuit, ut desuper his suum depromeret judicium ; auditoque consultoris voto, manifestius patuit ex litterali et obvio sensu formularum interpretationem erui veritati non consonam, et doctrinam quoque dogmaticam indulgentiarum haud leviter lædentem. Ad quas proinde quæstiones dirimendas utpote dogma respicientes, quum hæc Sacra Indulgentiarum Congregatio ex sui institutione incompetens foret, res tota ad Supremam Universalis Inquisitionis Congregationem delata est, quæ de his omnibus maturo examine peracto, detectos errores reprobavit, veramque doctrinam proponens juxta eam corrigenda mandavit quæ minus recta fuerant scripta et evulgata [1]. Verum Suprema Universalis Inquisitionis Congregatio, in tuto positis quæ ad dogma pertinebant, reliqua quæ proprius rectam Indulgentiarum administrationem attingebant, huic Sacræ Congregationi definienda reliquit.

Quare sequentia dubia resolvenda proposita sunt :

1. An et pro quibus præscribenda sit sub pœna nullitatis formula unica pro Absolutionibus Generalibus impertiendis ?

Et quatenus affirmative :

2. Quænam formula sit injungenda ?

3. An pro impertienda absolutione in articulo mortis Tertiariis sæcularibus Franciscalibus debeat formula Benedictina adhiberi ; vel sit eadem sub pœna nullitatis præscribenda ?

(1) Nous avons reproduit, dans notre tome XII, page 197, la lettre de l'Assesseur du S. Office, qui rectifie la notion inexacte que Monseigneur de Ségur donnait des effets de l'Absolution Générale.

Et quatenus negative :

4. An sit sub eadem pœna injungenda formula a Fr. a Cipressa tradita ?

Et quatenus negative :

5. An formula quæ nunc adhiberi solet sit servanda, vel potius et quomodo reformanda ?

6. An pro impertienda Tertiariis Franciscalibus Benedictione Papali obligatio adsit formula benedictina utendi ; vel sit eadem præscribenda ?

Et quatenus negative :

7. An formula qua nunc Tertiariis Franciscalibus Benedictio Papalis impertiri consuescit, sit servanda, vel potius et quomodo reformanda ?

8. An pro iisdem sit et quatenus Benedictinæ observantia injungenda quoad regulas ab eadem quoad Benedictionem Papalem præstitutas ?

9. An pro indulgentia adnexa Absolutioni Generali sit servanda etiam quoad Tertiarios Franciscales sæculares responsio data 12 Martii 1855 [1] ; vel attentis præsentibus adjunctis, addenda indulgentia pro vivis quoad festa etiam pro quibus fertur concessa a Leone X ?

10. An Absolutioni Generali adnexa sit indulgentia pro defunctis ?

(1) Voici cette décision, d'après laquelle les religieuses Clarisses ne pouvaient plus gagner pour elles, *pro vivis*, l'indulgence attachée à l'Absolution Générale. On sait que Paul V avait révoqué les indulgences directement accordées aux religieux. De graves auteurs prétendent que, nonobstant cette révocation, on peut encore gagner ces indulgences pour les défunts. Cf. Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V. *Indulgentia,* art. IV, n. 7. La decision du 12 mars 1855 paraît favorable à cette opinion. « 1o An gratiæ prædictæ, *y demandait-on*, sint adhuc adnexæ his formulis (Absolutionis Generalis), non obstante Bulla Pauli V de Indulgentiis Regularium ? » La S. Congrégation des Indulgences répondit le 12 mars 1855 : « Ad primum : Affirmative, excepta Indulgentia Plenaria pro vivis. » Prinzivalli, *Decreta authentica S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ*, n. DCXLVIII, p. 560.

Et quatenus negative :

11. An sit concedenda Tertiariis Franciscalibus sæcularibus ?

12. An Absolutiones Generales dari debeant, aut possint intra vel extra Sacramentum Pœnitentiæ ?

13. Utrum Chordigeri S. Francisci Assisinatis ac sodales S. Francisci Salesii gaudeant privilegio Absolutionis Generalis et Benedictionis Papalis ?

Et quatenus negative :

I. Utrum possit atque expediat ipsis concedere privilegium Absolutionis Generalis, et quoties in anno, vel potius hujus privilegii loco iisdem elargiri communicationem indulgentiarum et bonorum operum et cum qua formula ?

II. Utrum expediat Chordigeris et Salesianis concedere privilegium Absolutionis plenariæ in articulo mortis, et quoties in anno illud Benedictionis Papalis ?

14. An constet de authenticitate gratiæ Absolutionis Generalis Monialibus O. S. F. diœcesis Viterbiensis et Tuscanensis a Clemente VIII concessæ?

Et in Congregatione generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 18 Mensis Martii anni 1879, EE. PP. rescripserunt:

Ad 1. Consulendum SSmo, ut ad uniformitatem inducendam et ad falsas interpretationes vitandas præscribere dignetur sub pœna nullitatis unicam Absolutionis Generalis formulam pro Regularibus cujuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus, pro Tertiariis vero sæcularibus cæterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum eisdem vel cum Regularibus habentibus, unicam pariter dignetur præscribere formulam Benedictionis cum indulgentia plenaria, loco Absolutionis Generalis hucusque usitatæ [1].

(1) Dans notre dernière livraison, pag. 447, nous manifestions nos inquiétudes sur ce point. « Il nous semble fort douteux, *disions-nous*, qu'on puisse communiquer l'indulgence aux Tertiaires, si l'on n'emploie pas la formule prescrite. » La décision de la S. Congrégation des Indulgences, approuvée par Sa Sainteté Léon XIII, lève tout doute. La formule doit être employée sous peine de nullité.

Ad 2. Provisum in primo [1].

Ad 3. Formula Benedictina est præscribenda sub pœna nullitatis pro omnibus indiscriminatim, facto verbo cum Sanctissimo [2].

Ad 4 et 5. Provisum in tertio.

Ad 6. Ut in tertio [3].

Ad 7. Provisum in sexto.

Ad 8. Regulas a Benedicto XIV præscriptas esse adamussim observandas [4].

(1) Nous avons publié ces formules ci-dessus, pag. 310 sq.

(2) C'est conforme à la décision de la même Congrégation du 5 février 1841, que nous avons rapportée, *loc. cit.*

(3) On doit donc, pour donner la Bénédiction Papale aux Tertiaires, se servir de la formule prescrite par Benoît XIV. Cette formule se trouve dans sa Bulle *Exemplis Prædecessorum*, en son Bullaire, Vol. VI, pag. 51.

(4) Cette décision rend obligatoires les règles tracées par Benoît XIV pour la Bénédiction Papale : on ne pourra donc s'en écarter lorsqu'on donnera la Bénédiction Papale aux Tertiaires : Ces règles sont :

D'abord les Tertiaires doivent être prévenus du jour et de l'heure où ils doivent se trouver à l'église, ainsi que des œuvres requises pour gagner l'indulgence. Constit. cit. *ibid.*

